a ¶ Intrare. Unde videtur ergo q multo fortiꝰ qō ꝓhibēdꝰ sit ab ingressu ecclesie ꝑ mortali, cum hic impediat ꝑ venialē: z ita q est in mortali, nō debēt ecclesiā ingredi, qō q̄dā admittunt. xxj. dist. cleros. in fi. z xj. q. iij. nullꝰ sacerdotū. z de pe. dist. j. q̄ sanctꝰ sacerdos est. qō nō est verū, nisi sit excōicatꝰ. xj. q. iij. excōicatos. z ca. cū excōmunicato. vel interdictꝰ, ex de of. deleg. sane de illis ꝑstat. vel nisi sint ꝛtumaces. xj. q. iij. q̄ inuēte. vel penitētes, l. dist. in capite. z q̄dā sacrilegi. lxxxj. dist. si q̄. v. q. ij. presenti. z xij. q. ij. de viro. alꝰ q̄ libet potest ingredi: vt de ꝑse. dist. j. episcopꝰ nullū. j. q. j. q̄ studet. vbi dicit q dñs admisit omnes peccatores intrare ecclesiā ꝓter simoniacos: potꝰ em frequētabit ecclesiam q est in mortali, vt dñs eum 2uertat per ꝛba sacerdotis. vt. ℟. de pe. di. v. falsas. in fi. Qō ergo hic dicit, dictū est, ꝓpter reuerētiā sacri loci, z ꝓpter corporalem viri inquinationē magis qꝫ ꝓpter peccatum.

b ¶ Usus. Arg. ꝑ 2suetudine Romane ecclie seruanda, z verū est cū hoc docet. xj. dist. nolite.

Opꝰ cōiugale an possit sine peccato exerceri

c ¶ Voluptate. z ita coitꝰ non pōt fieri sine peccato. hic applaudit sibi H. z sumit opinionē q nunqꝫ opus cōiugale sine peccato potest exerceri: vnde etiā q debitū redditur peccat venialr, qz semper est ibi q̄dā ꝛturbꝰ z voluptas in emissione ſpermat: z ideo christꝰ noluit nasci ex coitu, quia nō potest fieri sine peccato ꝛc. ¶ xxvij. q. ij. omne. ad fine. videt ergo q teneat aliqs peccare, quia tenetur reddere debitum: vt. xxvij. q. ij. si cui. z J. q. pri. c. j. nec potest aliqs reddere nisi peccet, ergo tenet peccare, sed hoc arg. non valet. Insta. H. pōt tenet cantare missam, nec potest cantare nisi habeat linguam, ergo tenetur habere linguam: miens nisi lotus aqua ecclesiā intrare. a non dz q̄uis diuerse hominū nationes de hac re diuersa sentiant atq; alia custodire videant: Romanoꝝ tamē semper ab antiquo ritu hoc ysus fuit post admixtionem proprie vxoris z lauacri purificationē querere, et ab ingressu ecclesie paululum tēperare: nec hoc dicētes culpādū putamꝰ esse 2iugiū, sed q ipsa licita admixtio cōiugis sine voluptate b carnis fieri non potestᶜ, ideo a sacrilegi ingressu est abstinendum, qz voluptas ipsa sine culpa nulla tenꝰ esse potest: nō em de adulterio vel fornicatione, sz de legitimo matrimonio suscepturus erat q dicebat. Ecce em in iniquitatibꝰ cōceptꝰ sum ꝛc. Oportet itaq; legitimam carnis esse copulam, vt causa ꝓlis sit, non voluptatis: z carnis cōmixtio creandoꝝ liberoꝝ sit gra, non satisfactio vitioꝝ d. Si quis vero sua cōiuge nō cupidine voluptaꝫ captꝰ, sed solummodo creādoꝝ liberoꝝ gratia vtitur ipse, pfecto siue de ingressu ecclesie, seu de sumēdo dominici corporꝭ sanguinisq; mysterio, suo est iudicio relinquēdꝰ: qa nobis, ꝓhiberi e non debet accipere, q in igne f positus nescit ardere: cum enim non amor, p creande sobolis, sed voluptas g dominatur in opere cōmixtionis, habēt cōiuges etiā de cōmixtione sua qō desleant h: tūc autē i vir q̄ post admixtionem cōiugis aqua lotꝰ fuerit, etiam sacre cōmunionis valet mysteriū accipere, cum ei ſm prefinitam sententiam ecclesiam licuit intrare. k Hinc etiam l in diebꝰ abstinentie nuptie celebrari ꝓhibentur.

Unde in Laodicen. concilio legitur.

Origina liter fm aliquos simplicia dicit iniqtatibꝰ .i. cōtra iniqtatibus.

f ¶ Unoꝝ. i. ꝓprie. Arg. dist. iij. ps. xxij. nerui.

g ¶ Prohiberi .i. dissuaderi.

h ¶ Qui in igne. Id est in ardore cōcupiscentie, id est ampleribus vxoris igneis.

i ¶ Nescit. i. nescit cōsentire libidini vxoris sue, sed reddit debitum vxori exigenti.

k ¶ Sed voluptas. Exercende libidinis.

l ¶ Qō desleāt. Est em coitꝰ tūc mortale ꝑ tm fm hu. xxv. c. q in aliud. ℟. alꝰ autē ea. xxxij. q. ij. q̄q̄d. ℟. hinc ita. immo fm nos nec hoc casu est mortale, sed veniale. hoc indicat cum dicit q desleant.

m ¶ Tūc autē. Hoc respicit principia huius ca.

¶ Hinc etiā. ℟ Hec est tertia pars. q. in q̄ ponit rēpsa in Tēpus qō nuptie non sunt celebrande. Jo. de fan. Ferrari

n ¶ Hinc etiā. Hic agit de illo impedimēto qō dicit rēp vtri in feriarū: de quo dicūt q̄dā q impedit contrahendum, z dirimit tam contractum, quia contrahi ē contra constitutū derimit nem ecclesie J. e. non oportet. z extra de matrim. cōtrac. cō-mixta inter. ec. c. j. videt in antiqua. Alij melius dicunt q ignium impediat, nō tamē dirimit. argu. cē de matri. cōtra. ꝑta. inter ec. ca. vlt. in fi. z ca. penul. z extra de rēp. odi. sane. vnde matrimoniū in quadragesima non ꝓhibet ꝛtrahi, sed, ꝓhibentur nuptialia conuiuia, z nuptiales solēnitates, z solēnes traductiones, z carnis cōmixtio: potest ergo matrimoniū contrahi in quadragesima: sed illa tamē nō debet duci, sicut fm leges mulier potest rēpose luere alij viro desponsari, sed non tamē traduci: vt. ff. de ijs q̄ not. nfa. solet. ℟. quo virum, z hoc est expressum extra de fe. capellanus. ar. ad hoc. ff. de ritu nup. si quis officium. Nā cum solo cōsensu contrahat, cur non ꝛtraheret hoc

tempore? C. de transl. non minore. et extra de matri. contrac. contra inter. ec. per totum. Jo.

NOn oportet in quadragesima. ¶ Cassio. Precipit hic nequis traducat vxores in quadragesima, vel anniuersaria faciat in quibus cōiuuia fiūt. et qō dicitur ibi nuptias .i. nuptialia conuiuia.

a ¶ Natalitia. nō martyꝝ, sed hominū: vel ad literam intelligas.

NOn lz. ¶ Cassius. Hic recitatur consuetudo ecclesie Mediolanen. et quarūdam aliaꝝ ecclesiarum que non celebrant aliquē solēnitatem in quadragesima, nec faciūt id qō sequitur. Uel oli obtinuit, sed nūc non obtinet.

b ¶ Non licet in ḡdragesima. Hoc dehonestate dicūt quidam. ff. de ritu nup. semper in conjunctionibus.

c ¶ Natales. pōt dici hoc esse abrogatum. nam hodie celebrātur bene in ḡdragesima. Uel intellige q̄ non debēt celebrari vt fiant ibi conuiuia, et intersint histriones et mimi qui turpia ꝛc. et huic intellecui cōsonat qō sequitur: sed tātum in sabbato ꝛc. et J. e. nec vxorē. Natales vocantur martyrū passionū dies q̄ in eis nascuntur ad vitam, ꝛ morientur mundo. de consuetudine est in ecclesia Mediolanēsi q̄ in quadragesima nō celebrāt. ꝛ de his natalibus habes. C. de probat. necꝝ natales. Et hyginꝰ. Meus est natalis. Jola ꝛc. Jo.

NOn oportet. ¶ Cassio. Hic prohibet certis tpibus aliquam aliquam duci vxorē: ꝛ si fuerit traducta separentur ad tempus pro contemptu ad penitentiam.

d ¶ Tribus hebdomadibus. Sed nunquid iste tres hebdomade sunt immediate ante festū sancti Joannis? sub audi non, sed cum interuallo inter eas et festum: vt extra de fer. capellan⁹. et ponit has duas opiniones. approbat tamen q̄ cum interuallo accipiende sunt, et incipiunt a diebus rogationum.

e ¶ Separent. ad rēs est de ma. cōtrac. cōtra inter. ec. litere. nō est cōtra. est. e. ti. ex l'fis. in fi. qz ibi loquit de interdicto ecclie, non de tpe feriato. Uel ibi, phibetur petua separatio: hic permittitur ad tempus.

¶ In diebus ḡdragesime nuptias celebrare non licet.

NOn oportet ī quadragesima aut nuptias vl̄ quelibet natalitia[a] celebrare.

Item ex cōcilio Martini pape. ¶ De eodem.

NOn licet in ḡdragesima[b] natales[c] martyꝝ celebrare sed tm̄ in sabbato et dnica per commemorationez coꝝ oblatiōes offerre: sed nec natalitia, nec nuptias liceat in quadragesima celebrare.

Item ex cōcilio Ilerdensi. ¶ De eodem.

NOn opz a septuagesima vsq; in octauā pasche, ꝛ trib⁹ hebdomadibus[d] añ festiuitatē scti Joānis baptiste, et ab aduentu dn̄i vsq; post epiphaniā nuptias celebrare: qō si factū fuerit separētur[e]. Item Nicolaus pa. ad cōsulta Bulgaroꝝ. ¶ De eodē.

Nec vxorē ducere, nec cōuiuia facere in quadragesimali tpe conuenire posse vllo modo arbitror.

Hec aūt seruāda sunt si vxor consensum adhibere voluerit ceterum sine eius cōsensu nec causa orationis cōtinentia seruari dz. Unde Aug. in libro de adulterinis coniugijs.

¶ Nisi ex consensu cōi, ofomnes coniuges vacare nō possunt.

APostolus nec ad tempus vt vacent orationi[f] nisi ex cōsensu[g] voluit coniuges, nec carnali inuicē fraudari[h] debito.

Hinc etiam in secundo concilio Arelatēn. legitur.

¶ Nisi ex cōsensu cōmuni, cōiugatis penitētia non detur.

PEnitētiam[i] cōiugatis non nisi ex cōsensu cōi dandam precepimus.

¶ Questio. v.

QUod aūt[k] sine ꝑsensu vxoris vir continentiā vouere non possit multi; authoritatib⁹ pbatur. Ait[l] enim Augustinus super psal. cxlvj.

¶ Non potest vir cōtinentiā seruare nisi vxoris teneat consensum.

SI dicat vir, cōtinere iā volo: nolo autem vxor non potest. qō enim tu vis, nō vult illa. nūquid per cōtinentiam tuam debet illa fieri fornicaria[m]: si aliꝰ nupserit te viuo adultera erit. nō vult[n] de tale damnum tali lucro compensari. redde debitū: ꝛ si non exigis, redde. ꝓ satisfactione[o] petua separatio: hic permittitur ad tempus.

Ecvxorem. ¶ Hec aūt. ¶ Hec est quarta pars questionis in qua dicitur q̄ nec vir sine cōsensu vxoris f (nec econtra potest vacare oronibus. Jo. de fan. H Postolus. ¶ Orationi. ptuate: vel ptuato loco qō facere et incipe velit: ſz solēni oroni, misse, et tēpori, et officio, ꝛ canonibus, et vniuersali ecclesie indicto vacare licet: ꝛ dz ꝛ potest: vt de ſe. di. ij. ois hō. Item. q. ij. qs ē. dist. v. ca. iij.

g ¶ Nisi ex cōsensu. nisi ꝓ succursu terre sctē et de vo. ꝛ vo. redēp. ex multa. in ver. in tanta.

h ¶ Fraudari. ſz quid si in ecclia vellit vxor debitū exigere a viro. nunqd dz ei reddere? S. dicit q̄ sic. tu contra. ar. ff. ō so. qō dicim⁹. Sed qd si a facerdote tpe canonis petat debitū? Idē dico q̄ nō tenet reddere tūc. ar. xxix. dist. c. ij.

i ¶ Enitentiā. ¶ publicam ſcz ꝛ solēnē: ſcz per quā ius alterius leditur.

¶ Quod autem ¶ Hec qō dividit in quinq; partes. In quaꝝ pma ꝓbat q̄ ſex authoritates q̄ vir sine licētia vxoris ꝛ econtra nō pōt cōtinere, q̄ etiā mercē reddē do debitum. Scda ibi, Tūc saluabit. Tertia ibi, q̄ vxorem. Quarta ibi, Mānifestū. Quinta ibi. Nec illis. J. ō. f.

k ¶ Qō aūt. hec qō quinta negatiue soluit: qz vir non pōt cōtinentiā vouere sine ꝑsensu vxoris ex ꝑsso vel tacito, nisi sit ſpōsa nōdū cognita. ex de cōuer. iuuga. ex publico. ꝛ in casu fornications: vt. xxvij. q. ij. agathosa.

l ¶ Ait enī. Sup psal. J. audate dn̄m qm̄ bonus.

¶ Jdicat vir. ¶ Cassius. Uir sine consensu vxoris non potest continere: quia displiceret deo continentia viri ex qua sequitur ꝓstitutio vxoris. reddat igitur quod debet: ſcz exactus. et quod sibi debitum est, nō exigat, et reputabitur pro satisfactione.

m ¶ Fornicaria. xxvij. q. ij. si tu.

n ¶ Non vult. xiij. dist. quod ait.

o ¶ Pro satisfactione. Qz reddere debitū meritoriū est j. e. Fm. xxxij. q. ij. connubia, contra. sed ibi soluitur.

Coniugale debitū nō est in ecclesia reddendum.

† Ubi tūc non pōt exire ecclesiaz fm L. De hō etiā not. ē. xxj. dis. qm̄.

Maritus cōtinētiam sine cōsensu vxoris vouere nō pōt.

Notificasti. ¶ Casus Iste Ladulphus timore mortis licentiam ab vxore violenter extorsit: et sic monasterium adiuit. victus clamoribus vxoris & familie de monasterio exiens ad domum propriam redijt. quesiuit postea a papa an liceret ei vti vxore sua. cui papa rescriuit & respondet inquisitioni eius: & nō directe sed per cōsequentiā ostendit talē conuersionem nullam esse: & non tenere: ex q̄ō facta fuit sine spōtaneo cōsensu vxoris. In quo datur intelligi q̄ potest ea vti cognoscendo: reddendo salrē debitum.

Confessio Falli q̄ cōfessio vel quāe extorta nō preiudicat illi. ¶ Nūs. Arg. si ab aliquo fuerit sensus cōtra ipsum extorqueatur (sicut scti patres dicunt) hoc fieri debet: neq; vir monasterū eligere, aut professa cōtinentia habitum cum festinatione debet mutare.

Item ex cōcī. apud cōpēdiū.

¶ Vir pōt admuere vota continētie que sine eius consensu deo vxor obtulerit.

Mulier si sine lnia mariti sui vellū in capite miserit: si viro placuerit recipiet eam iterum ad coniugium.

Item Aug. ad Editiam.

¶ Non pōt vir contrahere vota rescindere que eius assensu mulier deo promiserit.

Quod deo patri cōsensu voueratis pseueranter

Mulier. ¶ Placuit. in optione ergo viri ponitur si velit eam reuocare: sicut in optōe pōt vacāre sede alicna tā a capitulo petere, vel precibus retinere. xij. q. ij. quia de rep. virus aurez vir teneatur eam reuocare, vel partiter conuerti, vel continentiā vouere, dictum est. xxvij. q. ij. agatho. nam si nolit ea reuocare, episcop debet eam sua auctoritate extrahere. arg. extra de coūer. cōiug. c. j. nam bonus iudex debet talia corrigere. extra de offic. ordi. c. j. ff. de offic. presid. preses.

g ¶ Coniugium. sed pone q̄ mulier sine licētia viri intret religionē, immo viro contradicente. post vir consentit, sed ipsa contradicit. nunquid potest ipsa exire? Videtur q̄ non: q̄ vltimus cōsensus firmat precedentes. ff. de serui. rusti. predio. per fundum. Arg. contra. ff. communia pred. receptum. vbi dicitur q̄ pluri consensus debet durare. Quidam dicunt q̄ exire potest sed cōtra eos est. extra de eo qui duxit in ma. ca. j. per quod dico q̄ exire non potest. Sed vsq; quo habebit maritus licentiam reuocandi eam? Dicunt quidam q̄ intra annum et diem. arg. xx. q. ij. puella. Alij dicebat q̄ intra biennium. xvij. q̄. ij. si quis incognitus. Alij dicunt q̄ tunc potest reuocare cum primo copiā habuit, post non. ff. j. q. j. constat. Ego dico q̄ quandocunq; potest: vt j. ca. proxi.

Quod deo pari consensu. ¶ Casus. Edinia cum viro suo in domo propria perpetue continentie votum emisit. vnde duplex inter eos emersit dissensio. Prima quia ille per incontinentiam votum volebat violare. Secunda quia illa econtra tanquā soluta sub veste viduali et nigra de rebus suis disponebat. De prima precepit edinie q̄ quamuis vir peccauerit, illa tamen in voto cōtinentie perseueret. De secunda precepit q̄ tam de veste q̄m rebus dotalibus se regat arbitrio viri. poterit enim saluari sub habitu Susanne, et si non habeat habitum Anne. Hugo. breuiter sic ponit hunc casum.

Perfecta de⁹ tibi cōputabit si nō q̄ tibi debetur exigis, sed reddis quod debetur vxori.

Item Alexander papa scōs Landulpho in Corsica.

¶ Non debet extorqueri mulieris consensus ad continentiam deo vouendam.

Notificasti te morte tenuis infirmatū, et peccatorū tuorū recordatione et terrore valde pauefactū, anxie quesisse monachū fieri, et a tua vxore minis⁹ & terroribus eā occidendi, ad hoc licentiā extorsisse: & sic te mōasticā vestē sine abbate & sumpsisse, & monasteriū petijsse: postea vo cū sanus factus esses: tue vxoris reclamatiōibus eiusq; vlulatibus & plāctibus, tuoq; familie dispōsionibus deuictus, vtpote pentēs, domum remeasse: et post multos dies quorūdā sapientū cōsilio ad tā dicte mulieris cubile redijsse: nūc autē si tua vxor vti liceat, nostrū requris consilium. Si ita denicq; est vt tuus nūcius narrat: nō videt nobis rationabiliter neq; iuste factū: qm̄ cū omnibus hoi ad monasticā rēdēti vitam, legaliter iuste & sancte sit peragēdū: tu cōtra leges minaciter & violēter a tua vxore partim terrore mortis, partim tue infirmitatis doloribus extinanit⁹, deuia secutus, nulla (vt dicitur) licentia accepta recessisti: et monasterū petisti. non enim violentia, sed ex pari volūtate & consensu (sicut scti patres dicunt) hoc fieri debet: neq; vir monasterū eligere, aut professa cōtinentia habitum cum festinatione debet mutare.

Item ex cōcī. apud cōpēdiū.

¶ Vir pōt admuere vota continētie que sine eius consensu deo vxor obtulerit.

Mulier si sine lnia mariti sui vellū in capite miserit: si viro placuerit recipiet eam iterum ad coniugium.

Item Aug. ad Editiam.

¶ Non pōt vir contrahere vota rescindere que eius assensu mulier deo promiserit.

Quod deo patri cōsensu voueratis pseueranter confirmat precedentes. ff. de serui. rusti. predio. per fundum. Arg. contra. ff. communia pred. receptum. vbi dicitur q̄ pluri consensus debet durare. Quidam dicunt q̄ exire potest sed cōtra eos est. extra de eo qui duxit in ma. ca. j. per quod dico q̄ exire non potest. Sed vsq; quo habebit maritus licentiam reuocandi eam? Dicunt quidam q̄ intra annum et diem. arg. xx. q. ij. puella. Alij dicebat q̄ intra biennium. xvij. q̄. ij. si quis incognitus. Alij dicunt q̄ tunc potest reuocare cum primo copiā habuit, post non. ff. j. q. j. constat. Ego dico q̄ quandocunq; potest: vt j. ca. proxi.

Quod deo pari consensu. ¶ Casus. Edinia cum viro suo in domo propria perpetue continentie votum emisit. vnde duplex inter eos emersit dissensio. Prima quia ille per incontinentiam votum volebat violare. Secunda quia illa econtra tanquā soluta sub veste viduali et nigra de rebus suis disponebat. De prima precepit edinie q̄ quamuis vir peccauerit, illa tamen in voto cōtinentie perseueret. De secunda precepit q̄ tam de veste q̄m rebus dotalibus se regat arbitrio viri. poterit enim saluari sub habitu Susanne, et si non habeat habitum Anne. Hugo. breuiter sic ponit hunc casum.

Conf. a Falli

videas q̄ nō. xxxviij. dis. qui ipsis. Licētia coacta nulla ē. ad hoc nulla est: non quia j. e. mu hic non fuit licētia: lier. ca. vt in prin. dicit: sed q̄ō deo. q̄ coacta, ideo hic c. q̄ vxo nulla dicitur. sed rez. vbi videtur cōtra. xv. de hoc q. j. merito. vbi dixxvij. q citur q̄ coacta vo. j. aga: luntas, voluntas thosa. & est. Rñ. sec⁹ est hic istis ca- et in matrimonijs vbi exigit voluntas directa, vel sponnonib⁹ stat. h. tanea. extra de spon. cum locum, & in habitus assumptione. extra q̄ō me. cau. c. j. secus est in iuramento, vbi nulla excusat necessitas: quia ipsum necessitas semper est. xxij. q̄one. j. ita ergo. consulitur tamen istic: vt nor. xv. q. vj. authoritatem.

c ¶ Sine abbate. Idem si cum abbate.

d ¶ Cum omni. Ar. q̄ pretermissis circūstantijs alicui facto debitis non intelligit illud esse factum. ff. xxx. q̄. v. aliter. di. xxij. quorūdā. ff. xvj. q. ij. gonfaldus. Arg. contra, extra de reg. & transeun. ad relig. c. ad apostolicā sedem. quia ibi tenet monachatio omissa probatione.

maritꝰ q̄ iuita vxore vouit religionem: an post eius mortez ptinere debeat.

e ¶ Cum festinatione. Sed nunquid tenet vir iste continere post mortem vxoris? sic, nec exigere potest: ad monasterium tamen non cogitur redire. extra de cōuer. coniug. quidā. extra eo. titu. placet. sed contradicit extra eo. titu. ex parte. vbi compellitur redire ad monasterium. Sed dic q̄ ibi vxor dederat licentiā: et ipse solēniter professus erat. Vel ibi verbum compellas, non extenditur nisi ad verbum dimittat. quod post sequitur in dicta. c. ex parte, est consilium. Nec ob. extra. e. titu. consulnit. q̄

Editia et eius vir communi consensu in propria domo vouerant continentiam. postea sine voluntate viri res dotales dedit ecclesijs et pauperibus, et vestem nigram monasticam intuito viro accepit, et iam quasi pro derelicto maritum habebat: vnde vir multum scandalizatus est. Augu. autem eam de voto multum commendat, sed de alijs redarguit.

a ¶ In finē. vite.

b ¶ Instantissime. Argu. q̄ fides est seruāda ei qui cōtra fidē venit. xxij. q. iiij. innocēs. Argu. contra. xcv. di. esto. extra de iureiur. peruenit. j.

c ¶ Perseuera. Sed quid si alter fornicetur postea nunquid reliquus pōt ipsum repetere? arg. hic q̄ non. Arg. ꝯtra extra de iureiu. tua. Dicūt quidam q̄ authoritate ep̄i restituet ei: extra de diuor. ex literis.

d ¶ Numerus. Argu. contra prescriptionem. nō enim prescriptione temporis defenditur quod ab initio de iure cōmuni nō potest sortiri effectum: vt. xciij. dist. illud autē. di. c. contra morem. s. j. q. j. nullus episcopus.

e ¶ Sanctiora. Ab initio tamē cuz cōtrahunt, contrariam debent habere voluntatē, scilicet de sobole suscipienda. xxvij. q. ij. omne itaq̄.

f ¶ Hunc. Ex hoc videtur q̄ vxor nō possit facere eleemosynā sine licentia viri, sed istud intelligas de rebus dotalibus. nam dominium rerū dotalium est penes mulierē de iure naturali, de iure ciuili est penes maritum. C. de rei vend. doce. et de his intelligas hoc. c. Vel si vis intellige de paraphernalibus. cōsilium est hic. nam cui commisit corpus, honestum est vt res committat. C. de pac. conuen. hac lege. et extra de dote post diuor. c. vlti. Sed quero cum isti votum emiserint, quare vestes mutare non possunt? Ad hoc dicas q̄ vir duplicem habet seruitutē in vxore, vnā quo ad debitum vsq̄ i finē[a] reddere debuistis a q̄ ꝓposito si ille lapsus est, tu salte instātissime[b] perseuera[c]. qd̄ te non exhortarer, nisi q̄ tibi ad hoc ipē ꝯsensit. Nā si nū q̄ tenuisses ei⁹ assensū, numerus[d] nullus te defendisset annoꝝ. ⁊ post pauca. Non q̄ pariter tēperabatis a cōmixtiōe carnali, iō tu⁹ marit⁹ esse desiterat: imo ꝟo tāto sancti⁹ iter vos ꝯiuges manebatis, q̄ꝫ sanctiora[e] concorditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua veste, nihil de auro vel argēto vel q̄cūq̄ pecunia, vel de reb⁹ terrenis tuis sine ei⁹ arbitrio facere debuisti. ⁊. j. Est quidā ꝓ modulo ꝑsone habitus matronalis a viduali veste distinctus, q̄ pōt fidelib⁹ cōiugatis salua religiōis cā vel obseruātia conuenire. hunc[f] te marit⁹ si deponere noluerit, ne te puta velut viduā iactares illo viuente: nō fuerat in hac re vsq̄ ad dissensionis scandalū ꝑducēdus magis[g] iobediētie malo, q̄ꝫ illius abstinentie bono. quid eñ absurdius est q̄ꝫ mulierē de humili veste suꝑbire, cui potius expediret obtēperare candidis morib⁹ q̄ꝫ in nigellis vestib⁹ repugnare? q̄ ⁊ si te indumentū monache delectabat, hoc etiā gratius posset marito obseruato exoratoq̄ sumi, q̄ꝫ illo inconsulto contēptoq̄ presumi. qd̄ si omnino non sineret, quid tuo ꝓposito deperiret? Absit vt hinc displiceas deo, q̄ cōiuge tuo nōdum defuncto, non indueris sicut Anna[h], sed sicut Susanna[i]. Idem.

¶ Continentie meritū habet qui pro incontinentia vxoris debitū sibi reddere cogitur.

Secundū verba[k] aplica etiā si vir continere voluisset, ⁊ tu noluisses: tibi reddere debitū cogeret: et illi de⁹ iputaret ad ꝯtinētiā[l] si nō sue sed tue cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisq̄s[m] igit̄ cōpatiēs infirmitati vxoris, reddidit nō exegit debitū: aut si ꝓpt̄ ꝓpriā infirmitatē duxit vxorē, plangēs potius q̄ sine vxore esse non potuit, q̄ꝫ gaudēs q̄ duxit: quisquis vendidit qd̄ nouit q̄ etsi maneret, beatum nō faceret[n]: quisquis emit quod nouit q̄a trāsit[o]: et de his non p̄sumit[p], ⁊ fecit ex eo misericordiā cum non habentibus, securus[q] expectat diem nouissimum.

Item ad Armētarium ⁊ Riparium ⁊ Paulinam.

¶ Nota cōtinētie sine vxoris consensu reddi non possunt.

Vna sola causa esse pōt qua te ad id qd̄ vouisti non solū non hortaremur, verūetiaz ꝓhiberemus implere, si forte tua coniūx hoc tecum suscipere, animi seu carnis infirmitate recusaret. nam ⁊ vouenda talia nō sunt a coniungatis, nisi ex ꝯsensu ⁊ volūtate communi: ⁊ si ꝓpere fuerit reddendum, aliam quo ad ministeriū sibi exhibendum. vnde licet vnam relaxauerit, non tamen aliam. ff. de seruitu. vrbanorum prediorum. si domus. et extra de ꝯuer. coniug. quidam.

g ¶ Magis. quasi dicat cum perduxisti eū ad scandalū dissensionis: potius malum fecisti viro non obediēdo q̄ꝫ bonū feceris abstinendo.

h ¶ Anna. id est vidua.

i ¶ Susanna. id est vxorata.

Secundū verba. ¶ Casus. Primo probat Augu. q̄ vir sine consensu vxoris continere nō potest, immo tenet ei reddere debitum, etsi nō exigat. Secūdo dicit q̄ ille qui nubit quia aliter continere non potest: tanq̄ꝫ non nubēs, et securus expectat diem iudicij sicut ille qui vendit ⁊c. et sicut ille q̄ emit ⁊c. Ad vtrūq̄ quisquis, supple sicut. Non presumit, superbiendo, ⁊ in eis spem ponendo. et tanguntur hic tria verba apostoli dicentis: Qui habēt vxores, sint tanq̄ꝫ non habētes: ⁊ qui vendūt, sint tanq̄ꝫ non vendentes: et qui emūt, sint tāq̄ꝫ non ementes.

k ¶ Scdm verba. In quibus dicitur de debito reddendo.

l ¶ Imputaret. Ar. q̄ pro cōpleto habeat qd̄ per volentē agere nō statne fiat. ar. s. proxi. cā. q. v. proposito.

m ¶ Quisquis. Tāgit illa tria verba apostoli: qui habent vxores, sint tanq̄ꝫ nō habētes: ⁊ q̄ vēdūt, sint tanq̄ꝫ nō vendētes: ⁊ q̄ emunt, sint tanq̄ꝫ nō emētes. xxxj. dist. lex continentie.

n ¶ Non faceret: scz non faciendo eleemosynam.

o ¶ Quia transit. i. transitorium est.

p ¶ Presumit. superbiendo cum eis.

q ¶ Securus. hec clausula repetitur cū qualibet precedenti ab illo loco. Quisquis ⁊c.

Vna sola causa. ¶ Casus. Quidā sine licentia vxo-

ris continentiam vouerat. querebatur vtrum teneretur eam seruare. Et rñ. q̄ non: quia talia fieri debent de cōi consensu viri et vxoris. vnde talis ꝓmissio magis est corrigenda, q̄z adimplenda.

a. ¶ Corrigenda. Sic̄. ꝫ. xxij. q. iij. definitio. Et est hic argu. q̄ si alter sine licētia alterius intret religionem, q̄ sua authoritate potest exire.

De hoc no. ꝫ. e. ca. ij. i glo. fina.

b ¶ Et alieno. Hoc verum est si eo alio vouente et autorizante illi cui⁹ est: alias licitū est alicui rem alienam legare: vt insti. de leg. ꝫ. non solū. licet secus sit sm canones: vt ex de reiꝫta. c. filius.

¶ Tunc saluabitur. ¶ Hec ē secūda pars. q. i qua ꝓbat q̄ debemus esse virgines. s. mēte et corpore si possumus: alias mente sine qua nulli⁹ saluabit. Io. de fan.

¶ Caiet. In hoc ca. tria cōtinentur ca. in quib⁹ tractatur tam de virginitate mentis q̄z carnis. In primo dicitur q̄ tūc saluabit mulier, et suā virginitatem bene seruat, si ideo nubat vt filios pariat ad iustitiā et vt saluentur. In secūdo ca. qō incipit ibi: hoc solum. dicitur q̄ sicut sola virginitas sine bonis opib⁹ non proficit vel sufficit ad salutē: sic alia opera absq̄ virginitate, mentis continentia et castitate sunt imperfecta. In tertio ca. quod incipit: Qui sitit. multipliciter commēdat virginitatem carnis: et eam ꝓfert bono nuptiaꝝ: q̄z plus amat virgines ihesus q̄ ꝓponebant q̄ eis non fuerat imperatū. vnde dicit, non expedit homini nubere ꝛc. Et not. q̄ hoc totum cōsuevit legi sub vno ca. posses tamē legere sub tribus: vt facit ꝟ. Saluabitur. non negat apostolus quin alias possit saluari: sed hoc dicit q̄z sic saluari meretur. et sunt verba hieron⁹. exponentis illud apli ad Timotheum: sez saluabitur in mulier per filiorꝫ generationem si permanserint in fide, dilectione, et sanctificatione. q̄ intelligitur quantum in ea est. Radicis. radix filiorū est mater. damnum radicis. i. corruptionem sue carnis. finis ibi vbi dicit si castitatem due precedentes in primo ca. ibi: qui virgines permansuri. et in secundo ca. absq̄ virginitate. intelligitur de virginitate mētis que precipi potest: et necessaria est: q̄z sine ea nemo saluatur. Principiū vero illius ca. qui sitit. de virginitate carnis intelligit: que non potest precipi

Joan. vij. f. Mat. xix. h.

factū, magis est corrigēda[a] temeritas, q̄z ꝓsoluēda ꝓmissio nec̄z enim deus exigit si q̄s ex alieno[b] aliq̄d voluerit, sed potius vetat vsurpare alienum.

Item Hieronymus.

¶ Absq̄z ceteris operib⁹ nec sola virginitas saluat, nec cetera absq̄z virginitate proficiunt.

Tunc saluabit[c] mulier, si illos genuerit filios qui virgines[d] pmansuri sunt: si quod[e] ipsa pdidit, acquirat in liberis, et damnū radicis[f] et cariem[g] flore compēset[h] et pomis[i]. Idem.

Hoc solum nunc dico, q̄ quomodo absq̄z ceteris operibus virginitas[k] sola non saluat: sic omnia opera absq̄z ꝫginitate[l], puritate, continentia, castitate[m], imperfecta[n] sunt. Idem.

Qui sitit[o] veniat et bibat: q̄ potest capere capiat. non dicit velitis nolitis[p] bibēdum vobis est atq̄z currendū, sed qui voluerit: qui potuerit currere atq̄z potare, ille vincet: ille satiabitur et ideo plus amat virgines xp̄s: q̄z sponte factū tribuunt quod sibi non fuerat imperatuz[q]. maioriq̄z[r] gratie est offerre quod non debeas, q̄z reddere q̄d exigeris. Apostoli em̄ vrous onere contemplato: Si talis est (inquiunt) vita hois cum vxore, nō expedit nubere. quoꝫ dñs sententiam probans, Recte (ait) quidem sentitis q̄ non expediat homini ad celoꝝ regna tendenti accipere vxorem, sed difficilis res est: et non omnes capiunt verbum illud: verū quibus datū est. Alios hominuz facit eunuchos natura, alios vis hominū: mihi illi eunuchi placent quos castrauit voluntas, nō necessitas. libēter eos in meo recipio sinu, qui seipsos castrauerūt ꝓpter regnū celorum: et ob meum cultū noluerūt[s] esse quod nati sunt. simulq̄z hec tractanda est sniа. Qui se (inquit) castrauerunt propter regnū celoꝝ[t]. Si castrati[v] mercedem habent regni celorum. ergo qui se non castrauerunt, locum non possunt accipere castratorum.

Finis[x] huius authoritatis et due[y] precedentes: de virgitas. quantū ad corporalē, sed de mentali preceptum est.

a ¶ Tunc saluabitur. exponit hiero. illud apli ad Timotheū: Saluabit mulier per filioꝝ generationē: si permanserint in fide et dilectione et sanctitate.

c ¶ Saluabitur. Id est merebitur saluari.

d ¶ Virgines. id est integri in fide.

e ¶ Si quod ipsa, scilicet virginitatē corporis. et est simplex relatio.

f ¶ Radicis, scilz suipsius.

g ¶ Cariem'. Id est corruptionem sue carnis.

h ¶ Compenset. quantū in ipsa est. Mat. xxi. c.

i ¶ Pomis. i. filijs qui dicunt flos et poma: sicut mater radix.

k ¶ Hoc solum. ¶ Virginitas, scz carnis.

l ¶ Virginitate, scz mentis.

m ¶ Castitate, scz tem in affectu seruata.

n ¶ Imperfecta, quo ad vitam eternam promerēdā.

o ¶ Qui sitit. hāba ponit ꝫ euangelij: et loquit de siti cōtinentie.

p ¶ Nolitis. arg. ad ea q̄ ꝓfectionis sunt, neminez esse cogēdum: sed persuadendū. nam talia cōsilij sunt et nō ꝓcepti. arg. xi. q. j. aliud. et. xxxij. q. j. integritas. Mat. xix. b. Perfectio nō est ꝓcepti.

q ¶ Impatuz. ꝫ. ꝓxi. qō. j. integritas.

r ¶ Maioriq̄z. Sic. xxvij. q. j. iam nūc. nā nemo in necessitate liber alis extitit. ff. de admē. leg. rem legatam. Liberalio in necessitate re ille mo.

s ¶ Expedit. ꝫ. xxvij. q. j. sic em̄. ꝫ. sez est q̄ nō expedit ꝓpter onera mātimonij: vt. ꝫ. pri. q. vij. oēs. sed expedit ꝓpter fornicationē vitādā. ꝫ. xxxij. q. ij. sicut. ꝫ. his ita.

t ¶ Noluerunt. i. noluerūt exercere id ad q̄ nati sunt scz vti copula carnali. Et ita fin hoc est argu. ꝓ carnali copula q̄ nullus est naturaliter frigidus. ꝫ. e. q. j. requisti. alia littera ꝫ: voluerūt esse q̄s nati sunt. i. virgines. Frigidus naturaliter nullus est.

v ¶ Celoz. supple ich recipiēt mercedē i regno celoz.

x ¶ Si castrati. Argu. q̄s de vno concedit ꝛc. vt. ꝫ. dist. xlv. disciplina. xxij. q. iij. forte. Alibi dicitur: quando de vno negatur, de alio cōceditur: vt. xxv. dist. qualis.

y ¶ Finis. Quia premissa ca. scz tunc saluabit. ꝛc. hoc solum. et ca. qui sitit. equiuoce vruntur hoc nomine virginitas: quandoq̄z ꝓ virginitate mentis: quandoq̄z carnis: ideo determinat vbi sic vel sic accipiatur. Virginitas equinocatur.

z ¶ Et due. Scz tunc saluabitur: et alia scz hoc solum.

ibi: Absq; virginitate

a ¶ De virginitatis affectu.i.que est in mente.

b ¶ Principium.s.illius ca.qui sitit veniat ꝛc.

c ¶ Uiuxorē. ¶ Hec est.iij.pars.q.ſm Jo.de fan.

¶ Conuertat. Intrando monasteriū si iuuenis est. Uel si senex est, cōtineat in seculo. ex de cōuer.coniu. cum sis. Et hic dicit Hugo.q eo ipso q dat vxori licentiam, intelligit vouere: et si non exprimat, compellendus est ire ad religionem: vt not. s. xxvij.q.ij.a gathosa. ꝛ sufficit tacita licentia scz permittere: vt hic.et arg.ex de cōuer.cōiug.cōsuluit. Alij dicunt q qui dat licētiam nisi expresse voueat, ꝯtinere nō tenetur, nec ad monasteriū ingredi, immo eam reuocare potest de monasterio. ex de conuer. cōiug.ca.j.ꝛ qd dicit hic similiter conuertat, dicunt nisi malit eam reuocare, sicut enim ſm istos expressus cōsensus exigitur in cōtrahendo, ita in separando matrimonio.argu.ex de regu.iur.oīs res. Alij distinguūt q si mulier sciuit ius que dedit viro licētiā, tūc etiā intelligitur vouere.secꝰ si ignorauit.

Manifestum. ¶ Hec est.iiij. pars.q.in q̄ ꝓbat q vir est superior mulieri. Jo.de fan.

¶ Casus. Dicitur hic q si vxor votū abstinētie sine consensu viri faciat, vir de legis authoritate potest illud reuocare sine peccato. si vero vir vxori vouēti cōsenserit, ꝛ si peccet vir reuocando, vxor tamē debet obedire reuocanti. Legem Moysi in Genesi.

d ¶ Uota. Que scandalizent virum: vt iacere in camisia, vel ieiunare cum ipse pranderet.

e ¶ Nisi author. Mulier ergo non potest facere votū abstinentie sine voluntate viri. Sed nunquid vir potest abstinere sine vxoris consensu? sic ꝛ.j.e.cum caput.lz ergo coniuges sint pares quantum ad votum continentie, non tamen quātum ad votum abstinentie. et hoc intelligo de quolibet voto in quo non fit vxori preiudicium quo ad carnale debitum: q̄uis ex illo voto oriatur scandalum mulieri: vt in hoc sit differentia inter virum ꝛ mulierem. Similiter ꝛ de muliere dici potest q vouere possit, dummodo per illud votum mulieris non fiat viro preiudicium: vel si non oriatur scandalum viro ex illo voto: vt si vouet iacere in camisia cum eo, vel singulis noctibus ire ad matutinas, vnde de tali voto intelligo istud ca.al's tenet mulier illd adimplere etiā viro inuito: vt si vouet q daret denariū amore dei vel aliq̄d tale. hoc dicit Hu.canon tamen iste indistincte loquit. Itē videtur q mulier ista peccet: qr magis obediēdum est deo q̄ homini. naz scriptum est, vouete ꝛ reddite vota do.ꝛc. xvij.q.j. in prin. Sed dic q mulier ista nō obedit viro ꝯtra dñm, qr dñs hoc vult.j. e.noluit.eo autem ipso q hic viro concedit reuocare votum abstinentie, ꝓhibetur de voto cōtinentie: immo nec hoc viro conceditur reuocare votum abstinētie: immo peccat vir reuocando, sed precipitur vxori vt obediat. simile ex de iureiur. debitores.et xxiij.q.j. quid culpatur.in fi.

f ¶ Permissa. Cōtinentia.

g ¶ Mulieri. s. xxxij.q.j.si q̄s vxorem.

¶ Ex p̄missis ꝛc.

¶ Casus. Infert Gra.ex supradictis q votum continentie facere non potest vir sine consensu vxoris: vel econuerso: ꝛ si factū fuerit de ꝯsensu vtriusq; reuocari nō poterit. Si vero vxor de ꝯsensu viri votum abstinētie fecerit, vir tñ illud poterit postea reuocare, qr mulier debet viro suo subesse in omnibꝰ: ꝛ ad hoc inducit sequē.ca.quorum primum patet.

h ¶ Est ordo naturalis.i.a natiuitate ꝛ ortu proueniēs: nā femina de corpore viri est. ꝛ alia ratio est que in velamine corporis eiꝰ perpēdit: vt.j.eo.mulier.

i ¶ Ut seruiāt. hoc adeo verū est q patronꝰ ꝯsentiēdo liberte vt ꝯtrahat, amittit in ea operas, cū in officio viri debeat esse: vt.ff.de ope.lib.sicut patronus.

k ¶ Maior. dignitate: scz filius, seruiat minori, scz patri qui non est in dignitate: interdum maior etate seruiat minori de precepto dñi: vt Esau, Jacob. Et qd dicit hic nulla iustitia est ꝛc. verum est ſm vetus testamentum:

Filius qñq; potest dici maior patre.

nitatis[a] affectu intelligūtur q̄ non in voluntate solū, sz in necessitate est: principiū[b] vero de effectu intelligitur, qui non in necessitate et ante votum, sed in voluntate est: nec exigitur nisi repromittatur.

Item ex concilio Remensi.

¶ Nō licet illi ducere vxorē q̄ suam velare permiserit.

Qui vxorē suā velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter cōuertat[c].

Item Augustinꝰ in questionibus Numerorum.

¶ Uota abstinentie q̄ mulier p̄mittēte viro p̄miserit, illo ꝓhibēte seruare nō cogit.

Manifestū est ita legem voluisse feminā sub viro esse vt nulla eius vota[d] que abstinentie causa vouerit, reddantur ab ea, nisi author[e] vir fuerit permittendo: nam cum ad peccatū eiusdem viri pertinere voluerit lex, si priꝰ permiserit et postea prohibuerit: et hoc tamen non dixit vt mulier qd vouerat faciat, qr permissa[f] iam prius a viro fuerat: viri dixit esse peccatum, qr abnuit qd prius cōcesserat: non mulieri[g] ex hoc iussum dedit vt quod prius vir ei concesserat: postea si prohibuerit, contemnatur.

Ex premissis authoritatibus apparet q continētie vota nec mulier sine consensu viri, nec vir sine consensu mulieris deo reddere potest. Si autē cōsensu alterius eorum ab altero p̄missa fuerit: etsi postmodū in irritum deducere voluerit qui permisit, non tamē valet: qr in debito cōiugij eque mulier habet potestatem viri, sicut ꝛ vir mulieris: atq; ideo si q̄libet eorū alterum a suo iure absoluerit, ad preteritā seruitutē ipsum reuocare nō poterit: qr vero in ceteris vir est caput mulieris, ꝛ mulier corpꝰ viri: ita vota abstinentie viro permittēte mulier potest p̄mittere, vt tamē eodē p̄hibēte repromissa non valeat adimplere: ꝛ hoc (vt diximꝰ) ꝓpter conditionē seruitutis qua viro in oībꝰ debet subesse.

Unde August. in libro questionum Genesis.

¶ Mulieres viris suis debent subesse.

Est ordo[h] naturalis in hominibꝰ vt seruiāt[i] femine viris, et filij parentibus: quia nulla iustitia est vt maior[k] seruiat minori.

Idem in questionibus veteris et noui testamenti.

¶ Uir est caput mulieris.

seā ſm nouū, qui maior eſt, ſit ſicut miniſter cē. xciij. diſt. diacom. ſed melior iter a eſt: hec iuſtitia eſt vt minor ſeruiat maiori.

Hec imago. ¶ Caſus. Probat hic Auguſtinus triplici ratiōe q̄ vxor debet eſſe viro ſubiecta. prima, quia vir ad imaginem dei fomatus eſt, z non mulier: et vicarius eius eſt, q̄ vnus dei habet imaginē. Secūda, q̄ in ſignum ſubiectionis mulier habet caput velatū, z non vir: quia imago eſt et gloria dei. Tertia eſt, q̄ vir ſine metu talionis ſm legem poterat mulierē de adulterio accuſare, z non econuerſo: cecus in alijs caſib⁹. Ideo q̄. i. q̄ femina non habet hoc.

Hec imago[a] dei eſt in homine[b] vt vnus[c] factus ſit homo, ex quo ceteri oriantē habēs imperiū dei quaſi vicarius ei⁹, q̄ vnus[d] dei hz vir imaginē. Ideoq̄ mulier ad imaginē dei nō eſt facta. ſic etem dicit. Et fecit deus hominem: ad imaginē⁹ z ſimilitudinē dei fecit illū. Hinc etiā apl's. Vir q̄dē (ait) nō debet velare caput ſuū, quia imago[e] z gl'ia dei eſt: mulier[f] ideo velet, quia nō eſt gloria aut imago dei.

Item in eodem.

Alſ hinc apparet quēadmodū viris feminas ſubditas et pene[g] famulas lex eſſe voluit vxores, dum conſtituit vt diceret aduerſus vxorem vir teſtimonii[h], vnde lapidaretur[i] illa ſi hoc verū eſſe demonſtrare[k], ipſe tñ non viciſſim lapidak ſi hoc falſuz eſſe cōſiterit, ſz tantūmodo caſtigatur[l] z damnificak, eiq̄ perpetuo iubetur adherere qua carere voluerat: in alijs autem cauſis eum qui teſtimonio[m] falſo cuiq̄ nocuerit, quod ſi probaretur, ius ſit occidi eadem plecti iubetur pena qua fuerat ſi verum eſſet, ipſe plectendus.

Item Hieronym⁹ ſuper epiſtolam ad Titum.

Qm caput mulieris ſit vir, caput autē viri chriſtus: quecūq̄ vxor nō ſubijcit viro, hoc eſt capiti ſuo: eiuſdē criminis[n] rea eſt cuius et vir ſi non ſubijciak capiti ſuo, hoc eſt Chriſto. Verbum autē dñi blaſphemat[o] cūvel cōtēnit dei p̄ma ſententia z p nihilo ducitur, vel cū chriſti infamak euāgeliū, dū. ſ. ptra legē fidēq̄ nature ea que chriſtiana eſt et ex lege dei[p] ſubiecta eſt, viro imperare deſiderat: cum etiā gētiles femine viris ſuis ſeruiant cōmuni lege nature.

Item Auguſtin⁹ in queſtionibus numeroum.

Arbitrium viri mulierē ſeq̄ oportet in omnibus.

Dnluit itaq̄ lex mulierē aliq̄d vouere deo aduerſus animā ſuā, vt nō in aliq̄ rerū licitarū atq̄ conceſſarum abſtinentia in eiſdem vot⁹ femine valeat authoritas ſed virilis: ita vt ſi adhuc innupte ꝺ ceſſerat[q] pater vota perſoluere, ſi Sed nec hodie cum agit vir ad ſeparationē, ſuſtinet talionem: ſec⁹ ſi agatur ad penā adulterij criminaliter, extra de procu. ca. tue. ideo autem non punitur vir pena talionis, q̄: iam alia via conſequeretur id q̄ optauit, quod eſſe non debet. ff. pro ſocio. idem q. ff. de condi. inſti. que ſub conditione. ℌ. ſi quis.

Teſtis nō eſt talione puniēdus.

Uxor ſine viri conſenſu nō debet eſſe viri ſubdite.

Mona⁹ qui ſubdit ſe abbati ꝺ vxor viro.

q. v. de forma. ē. diſt. xcv. eſto. arg. eandem conditionem inferiorū ad media, que eſt medioꝝ ad extrema. xxviij. diſt. ca. quia ſunt culpe.

a ¶ Adde qua pena plectatur mulier adultera: not. in. l. qſi alexander. z in l. caſtitati. et i auē. ſed hodie. C. de adulte. At hō de femina q̄ de viro ſm ius. ¶ Et ff Thierry cum Archiepiſcopo Remenſi. b ¶ In homine. Quia ſicut proceſſerūt a deo oia, ſic ab Adam pceſſerūt oia: hic accipit tantum hoc nomē homo in maſculino genere, alias communis generis eſt: vt. ff. de verbo. ſig. hominis. c ¶ Ut vnus. Id eſt imago dei dicit ipſe horno: q̄ ſicut aq̄ pfluxit ex latere dñi, ſic etiā eua ex latere Ade. itez in hoc habet imaginem, q̄ habet rationem z intellectum, ſicut deus. d ¶ Imaginē. i. ſimilitudinē. de pe. di. ij. illa ala. e ¶ Quia imago. z ideo non debet celari. f ¶ Mulier. nō tamē quelibet, q̄ nō virgines de ꝓſuetudine. ſed fac vim in eo q̄ dicit gloria. i. deus non gloriatur per ipſam ſicut per virū, nā per eam pma pena vicario eſt inducta. ſ. eo. mulier. g ¶ Atis hinc. Et pene famulas. non tamē q̄ im moderate verberentur. C. de repudi, conſenſu, et. ē. e. q. ij. placuit. h ¶ Teſtimonium. i. accuſationem. i ¶ Lapidaretur. z ita videk q̄ inveteri lege nunc⁹ vir obligabak pena talionis. Sed tu dic cum ℌ. q̄ hoc locum habebat tantū in accuſatione adulterij in pmo coitu: puta cum non inueniebat eā virginē, vel dicebat ſe nō inuenisse, z ipſa contrariū pbabat per aſpectū inteaminis: in hoc caſu non puniebak vir talionis pena, ſed tantū. c. ſiclos aureoꝝ dabat patri puelle. k ¶ Demōſtrare[k], nō q̄ aſpectū liteamis ſanguiolēti;

l ¶ Caſtigak, i, verberatur. m ¶ Teſtimonio falſo. i. accuſatione calūnioſa: hoc ideo ita expone. nam teſtis non obligatur ad talionē, ſed alio modo punik a iudice ſi varie reſpōdet: vt. C. de teſti. nullū. ℌ. tamen dicit q̄ ſic. iij. q. ix. nihilomin⁹. maxime ſm veterē legē. argu. ex de eri. fal. c. falſus. De hoc dictum eſt. ij. q. iij. in ſumma.

¶ Qm caput. ¶ Caſus. Dicitur in hoc cap. q̄ ſicut vir peccat ſi non ſit ſubiect⁹ capiti ſuo, id eſt chriſto: ſic dei p̄ma ſententia cōtemnitur ſi mulier capiti ſuo .i. viro ſuo nō obedierit, cū etiā gentiles femine viris ſuis ſubiaceāt. p̄ma ſententia, que habetur in Geneſi vbi dicitur mulieri, ſub viri poteſtate eris cē. poſtea apoſtolus idē precepit.

n ¶ Criminis. ē. lx. q. iij. ca. i. ē. xvij.

o ¶ Blaſphematur. Tractabat enim Hieronym⁹ illud verbum apoſtoli ad Titum: Admone adoleſcentulas eſſe ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum dei, id eſt euangelium. Tiel verbum dei in paradiſo quatenus viris ſubdite eſſent.

p ¶ Et lege dei. q̄ dixit mulieres eſſe ſubditas vir⁹. Cōuerſatio tua erit ad virū, z ipſe ꝺſiabit tui cē.

Dnluit itaq̄. ¶ Caſus. Lex noluit vt mulier poſſit votum facere ſine viri conſenſu: z ſi fecerit ante nuptias, vir poſt nuptias poterit reuocare: nec propter hoc mulier rea iudicabitur ſi votum non ſeruat, cum deus hoc non precipiat.

q ¶ Conceſſerat. Argu. q̄ abbas poſſit reuocare votū monachi q̄ etiam emiſit ante monachatū. arg. xx. q. iij. monacho. plus enim eſt monachus ſub abbate, ꝙ vxor ſub viro: vt. xij. q. j. non dicatis.

a ¶ Contra deum.ſt.Ɜ.xiiij.q.v.dixit.Ɜ.xxij.q.j.ſi peccatum.Ɜ.xxiij.q.iij.qui peccat.Ɜ.diſt.xxvj.deinde.

b Mulierem. ¶ Authoritatem.virilia enim officia mulieribus ſunt adempta.iij.qõne.vij.ca.infamis.ff.tria.ad velleia.l.ij.

c ¶ Nec docere. in eccleſia maſculos.Ɜ.di.xxiij.mulier.de cõſe.diſtin. iij.mulier.

d ¶ Nec teſtis. in cauſa criminali, niſi in illis caſibus in quibus infames admittuntur:nec in teſtamẽto.inſtitu.de teſta. Ɜ.teſtes. nec contra clericos in cauſa criminali: qr nõ poteſt eẽ quod ipſi ſunt.Ɜ.ij.q.vij.ipſi apoſtoli.nec etiam contra laicos : vt not.xv.q.iij.de crimine.

e ¶ Nec fidem. obligatur tamen ſi doloſe fide iubeat vt creditorem decipiat:vt.ff.ad vell'. ſi decipiẽdi. Item et ſi pumilegio velleiani renunciauerit,obligat & tenetur.ff.ad vell'.l.vl.

f ¶ Nec iudicare.niſi in caſibus: vt diſt.xv.q.iij. de crimine.

g Adã. ¶ Subernationem. Per hoc videtur q vir poſſ debet eſſe curator vxoris ẽ extraneus. qõ negat lex. C. qui dari tuto. poſ.l.ij.

Mulier debet. ¶ Cauſa. In hoc ca.quinq; rationes aſſignantur quibus ꝓbatur q mulier debet velare caput ſuum,ſcz quia nõ eſt imago dei,et quia ſubiecta debet eſſe viro ſuo,& quia prevaricatio eſt inducta per eam, et ꝓpter reuerentiam epiſcopi, quia vicarius eſt Chriſti.

h ¶ Sed vt viro oſtendatur.non ſolum propter hoc ſed etiam &c. antecẽ perſoluerit nupſerit,et viro eius hoc cognitũ nõ placuerit,nõ ꝓſoluar:et hoc oino ſine pctõ q; dẽ mũdauit eã ſicut dicit lex.i.mũdam iudicauit:neq; hoc cõtra deũ putãdum eſt fieri:cũ ipſe deus hoc preceperit,hoc voluerit.

Item Ambro.in lib.queſtionũ veteris & noui teſtamẽti.

¶ Nulla eſt mulieris prãs:ſi in oĩb9 viri dñio ſubiecta eſt.

Mulierẽ cõſtat ſubiectã dominio viri eẽ,& nullam authoritatẽ habere:nec docere poſſ,nec teſtis eẽ,nec fidem dare,nec iudicare.

Item in hexaemeron in tractatu diei quarte.

Adam ꝓ Eua deceptꝰ eſt:nõ Eua ꝓ Adam. quẽ vocauit ad culpã mulier, iuſtum eſt vt eam in gubernationem aſſumat:ne iterum feminea facilitate labatur.

Item ſuper primã epiſtolam ad Corinthios.

Mulier debet velare caput quia nõ eſt imago dei,ſed vt viro oſtendat ſubiecta,& quia ꝑuaricatio per illam inchoata eſt. hoc ſignum debet habere in eccleſia propter reuerẽtiam epiſcopalẽ. nõ habeat caput liberum,ſed velamine tectum.non habeat poteſtatem loquendi:qr epõ habet perſonã Chriſti. quaſi ergo ante iudicẽ Chriſtũ, ita ante epiſcopus ſit:qr vicarius dñi eſt. ꝓpter peccatũ ouigina le ſubiecta debet videri.

Item in libro de paradiſo.

Scillud ocioſũ eſt q nõ de eadẽ terra i qua plaſmat9 eſt Adã,ſz de ipſius Ade coſta facta ſit mulier:vt ſciremus vnã in viro & in muliere corporis eſſe naturam: vnum fontem generis humani.ideo non duo a principio facti vir et mulier : nec duo viri, neq; due mulieres:ſed primũ vir,& deinde ex eo mulier.vnã enim naturam volens hominum conſtituere deus,ab vno ꝓncipio creature hoc incipiens,multarum & diſparium naturarũ eripuit facultatem. Euidentiſſime itaq; apparet ita virum eſſe caput mulieris, vt nulla vota abſtinẽtie vel religioſe cõuerſationis liceat ſibi ſine eius licentia deo offerre.etiam ſi viro permittẽte repromiſſa fuerit:non licet ei votum opere complere cum vir voluerit reuocare promiſſum. vota vero continentie ita alterius permiſſu ab altero valent offerri,et poſt permiſſionẽ nõ valent in irritum deduci.

¶ Cauſa.xxxiiii.

Quidam vir q in captiuitatẽ ductꝰ eſt : poſtea vxor eius audiẽs illũ mortuũ, nupſit alij.

Demum ille de captiuitate rediens,repetit vxorem ſuam:illa poſteriorũ amore capta,aſpernatur priorum prioris viri.

Hunc primum queritur , an ſit iſta rea adulterij,que viuẽte viro ſuo alteri nupſit?

Secundo,an redeũte primo ſit cogenda recedere a ſecundo,et redire ad primum?

¶ Queſtio.j.& ij.

i ¶ Propter reuerentiã.i.propter reuerentiã ſacerdotum.ar.iiij.dis.ſi ſeruus ſcẽtie.& ſicut ante iudicẽ dñm: ita ante vicarium eius ſacerdotem ſit ſubiecta viro. Vel propter reuerẽtiam ſacerdotum , id eſt:ne ſacerdotes in eius faciem intuentes inuitentur ad libidinem.

k ¶ Epõs.i.qiz ſacerdos.de pe.diſt. iij.inẽ hec ordinũ.ij.

l ¶ Originale . i. qõ originẽ habuit ab ipſa quo ad homines.

¶ Hec illud.

¶ Hec eſt.v. pars.q.in qua oſtẽdit magiſter cauſam ꝗre fuit vnus principiũ, vnius homo. Io.de fan.

m ¶ Ocioſum eſt. .i.ſine cauſa & myſterio factum.

n ¶ Coſta. nõ depede:ne omino videret famula. nec de capite : ne videretur domina. ſed de coſta vt collateralis videretur. Eua q̃ re de coſta facta ẽ.

o ¶ Multarum. quo ad numerũ, vel multarũ quo ad genꝰ humanũ.

p ¶ Et diſparium. quo ad ſexum. Vel diſparium quo ad ſpeciem.et reſpicit quo ad primã creationem hominis.

q Quidam vir in captiuitatem ductus eſt. quia in precedenti cauſa dixerat matrimonium ſeparari ꝓpter frigiditatẽ, & q̃ viro viuẽte ſeparata poſſet alij copulari:et dubitari poſſet,an idẽ videretur faciẽdum ꝓpter hoſtilẽ calamitatẽ vel captiuitatẽ:ió ſubdit cauſã iſtã i q̃ oñdit q̃d iuris ſit ſi q̃s tenetur in captiuitate et vxor eius interim nubat alij. vt autẽ hec &c. Et not. q̃ h tractat de illo impedimẽto qõ dr ligatio. Ligatio eſt cuius q̃s ligat alteri vinculo matrimonij & qõlibet impedimẽtũ matrimonij dici poteſt ligatio ſumendo large ſiue com- Impedimẽtũ ligationis ꝗle eſt.

muniter, non proprie. arg. xxvj. q. j. §. j.

¶ Traq; hec. qō diuiditur in sex partes. In prima quarū probat per duos canones q; mulier non debet contrahere donec sit certa de morte coniugis. Jo. de San. Scda ibi. Non satis. Tertia ibi. Si autem. Quarta ibi. Qō aūt. Quinta ibi. Hinc etiam. Sexta ibi. De simpliciter. Jo. ō San.

¶ Casus. Hic intitulat. j. x. ij. q. Ja scōa nulla est dubitatio. In prima q̄stione distinguit, nā si illa q̄ nubit viro viuēte et absente, credit vel scit illū viuere: in veritate adulteriū committit. si autez nescit, nec credit, sed hz iustā causā credendi. ꝛriū p ignorantiā facti, q etiā peritissimos fallit excusat. qualitercunq; autē nubat, reddēda est primo reuertenti. vtraq; aūt questio terminat per. c. sequēs.

Mulier a ¶ Utraq; questio. Si mulier credit maritū mortuū an possit alij nubere.

† credit suū maritū mortuum, ꝛ habet iustā causam credēdi licite pōt hoc facere. si autē dubitat de morte viri ꝛ cōtrahit: licet non debeat cōtrahere, tenet. nec tñ reddere debitū petēti. sed ipsa nō pōt exigere: vt. §. si vo est de secund. nup. versi. si dñs noster. ꝛ ita in autē. in tali casu vir pōt eā remouere propter adulteriū cum nō habuerit pbabilē causā mortis sue. sed si audierit eaz mortuū hz per falsum rumorē, ꝛ tūc nupserit, vir non pōt eam de tali adulterio accusare: nisi ipsa procurauerit illum rumorē: vt. ff. de adult. miles. §. mulier. Sed pone q; mulier credit eum viuere ꝛ est mortuus, ꝛ cōtrahit: nunq̄d est matrimoniū ibi? sic. ipsa tñ adulteriū reatu tenet licet adulteriū nō cōmittat. nam dicitur q; tenet quis actione furti hz subtilitate iuris furtum nō committat. C. de fur. si quis seruo. minor tamen penitentia ac pena ei imponetur.

Furtū nō committēs quādoq; furti tenet.

gotius se illis hoc pāt̄r cōcessisse, q̄du iuxta apl̄m essent in fide nouī: q̄ de neophitis ait: Lac dedi vobis potum, non escam. alūno vez (vt recordaris) tuo: ipsi etiā angloꝝ gēti, q̄ nuper ad fidē venerat, ne a bono qō ceperat, metuendo austeriora recederet: spāliter ⁊ non gn̄aliter me certissime scripsisse cognoscas. vnde et mihi ois romana ciuitas extitit testis. Hec ea intētione hec ei scripsi mandata, vt postq̄ firma radice in fide fuerint solidati, si infra propīā cōsanguinitatem inuēti fuerint, non separent aut infra affinitatis lineā. i. vsq; ad septimā generationē iungant: sed q̄ adhuc illis neophytus existētibus, eis primum illicita consentire: ⁊ eos verbis ac exēplis instruere opz. Nam iuxta apl̄m qui ait: Lac dedi vobis in potū, nō esca: illis modo non posteris (vt piesum est) tribus tenēda indulsim⁹: ne bonū qō in firma radice plātatū erat, eruereť: sed aliquantulum firmaret: ⁊ vsq; ad pfectionē custoditur.

§. Lopz iij.

Item obiciturillud Babilonensis concilij.

¶ In quinta vel sexta generatione nullius amplius copuletur coniugio.

Contradicimus vt in quarta vel in quinta sextaq; gn̄atione nullius ampli⁹ coniugio copuleť. Vbi aut̄ post interdictū factū fuerit inuētū, separeť. Dac authourate dū i sexta gn̄atione interdicit coniugū, in septima primitti videť: is grad⁹ cognationis s̄m quosd̄ varie cōputātur. Alij nāq; patrē in primo gradu, filios in scdo ponūt. Alij primum gradū filios appellāt, negātes gradū cognatiōis inter patrē et filiū esse: cū vna caro ꝓbeat pater ⁊ filius. Authoutates ḡ q̄ consanguinitatis copulā vsq; in septimū gradū ꝓhibent, patrē ponunt in primo gradu. ille ꝓo q̄ vsq; ad sextū gradū prohibēt, primū gradū filios appellant: atq; ita fit vt eedem persone s̄m hanc diuersitatē inueniant̄ in sexto vel septimo gradu.

Item illud Fabiani quo affines in quinta generatione copulari iubentur, videtur esse contrarium illi decreto Julij pape: Sicut non licet vlli christiano de sua consanguinitate vxorem ducere, sic etiam nō licet de cōsanguinitate vxoris sue coniugem ducere, propter carnis vnitatem. Sīr etiā inueniť cōtrariū illi ca. Greg. nec eam quam ex propria consanguinitate coniugem habuit ꝛc. Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus vel personis inter se affinitate coniunctis: vt sunt vxores duorum fratrum: si cōtigerit vnam earum alicui matrimonio copulari: post mortem eius vir nō poterit affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniātur. vnde qui nouercam alicuius in vxorem duxerit: post mortem eius vxorem priui-gni ducere non poterit.

Hinc etiam idem Julianus papa alibi ait: Relictam consanguineorum vxoris sue (nō ait cōsanguineam vxoris sue: sed relictam cōsanguineorum vxoris sue) vsq; in quartam generationē nullus ducat i vxorem. Paschalis vero papa secundus scribēs Rhegino epō tertium genus affinitatis assignat: cuius copula non vltra secundum gradum inuenitur prohibita. Hit enim.

¶ Duox cōsobrinox pinges vni eidēq; nubere nō possūt.

Duo duorum consobrinox coniuges quānis diuersis temporibus viro vni alteram post alterius obitum nubere ipsa preter authoritatem canonicā publice honestatis iustitia contradicit: ⁊ nouit prudentia tua quia ita ab vxoris sicut a viri cōsanguineis abstinendum est. Illud autem Gregorij ⁊ Julij pape intelligitur de consanguinitate viri vel vxoris: vt post mortem alicuius eorū nulli de cognatiōe defuncti supstes matrimonio copuleť. ¶ Demōstratum est vsq; ad quem gradū quisq; a propria consanguinitate vel cognatione sue vxoris abstinere debeat.

Duo duorū, ¶ Casus Duobus p̄obitimis mortuis quesitum est vtrum eorum vxores vni viro nubere posset, vna post alteram? Et respōdet q̄ non: tum p̄pter canonis prohibitionē, tam propter publicam honestatem.

Odo querit. ¶ hic ponit quartā questio.

Consanguinitas. ¶ Casus Interrogatus Isidorus quare dixit consanguinitatem in septimo gradu terminari: respondet, consanguinitas in p̄sonas spargitur donec finiatur: ⁊ vsq; ad septimum gradum observatur: quia tot etatibus distinguitur mundus, quot hominis status.

Egradibus ¶ Casus. hic intitulatur quinta questio. hic etiam legende sunt arbores et glosse earū.

¶ Questio.iij.

Modo q̄rit quare vsq; ad sextū gradū cōsanguinitatis p̄hibetur: Re his ita scribit Isido. etymologiar. li. ix. c. vj.

¶ Quare vsq; ad sextū gradū cōsanguinitas obſuet.

Consanguinitas dum se pe paulatī ꝓpagine ordinib⁹ diriguēs vsq; ad vltimū gradū se subtraxerit, ⁊ ꝓpinq̄tas esse desierit, tūc primū lex in mrimony vinculū eā recipiet, et q̄dāmō reuocabit fugiēte. ō aut̄ vsq; ad sextū gn̄atiōis gradū cōsanguinitas statura est: vt sicut sex etatibus mūdi gn̄atio et hois stat⁹ finit, ita ꝓpinq̄tas gn̄is tot gradibus terminetur. ¶ Questio.v.

Egradib⁹ ꝓo cōsanguinitatis qūo cōputā di sūt Isid. sic loq̄t.

Eries. ¶ Tarsia Sex gradus computat hic Isidor⁹, cōstituēs filiū ⁊ filiā truncū: ⁊ procedit vsq; ad trineptis filium: quē dicit esse sextū gradum.

Ad sedem.

¶ Cap. Quidam gradus consanguinitatis sc̄z leges numerabāt, ⁊ dicebant consanguinitatem terminari in sexto gradu legali: ⁊ matrimonium cōtrahi licite post illum gradum, hunc errorē congregato concilio reprobauit papa: ostendens primo diuersitatem ⁊ diuersitatis rationes inter legalem ⁊ canonicam cōputationem. Secūdo probat consanguinitatem prendi vltra sextū gradum legalem: ⁊ hoc per legem: per Gregorū authoritates: per arboris rationem, cuius rami vltra pter dunt vsq; in septimum gradū canonicū. vltra quē cognatio eius non p̄tēditur: nec graduū nomina inueniūt. Tertio ostendit eos qui tm̄ sex gradus canonicos cōstituūt: in cōsanguinitate ⁊ in sententia non differre a canonica septem graduum cōputatione. In fine p̄hibet sub anathemate ne in questionibus de matrimonio quis computet gradus alio modo q̄ hic dicitur i hoc capitulo.

¶ Quomodo dirimunt gradus consanguinitatis.

Eries cōsanguinitatis sex gradib⁹ hoc modo dirimit. filius ⁊ filia, q̄ō est frater ⁊ soror, sit ipse trūcus. illius seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediūtur isti rami musculi. nepos neptis pumus Pronepos pneptis secūdus. Abnepos abneptis tertius. Adnepos adneptis quartus. Trinepos trineptis quintus. Trinepotis filius et trinepotis filia sextus.

Item Alexan. papa. ij. Neapolitanis clericis ⁊ oibus episcopis atq; iudicib⁹ per Italiam constitutis scribit de hui⁹modi dicens.

¶ Quomodo sunt cōputandi gradus cōsanguinitatis.

Ad sedem apostolicam perlata est q̄stio nouiter exorta de gradibus cōsanguinitatis, quā quidā legū et canonum imperiti excitantes eosdē propinquitatis gradus cōtra sacros canones ⁊ ecclesiasticū morem numerare nitūtur: nouo ⁊ inaudito errore affirmantes q̄ germani fres vel sorores inter se sint in secūda generatione: filij eor̄ et filie in quarta: nepotes eor̄ vel neptes i sexta. taliq; modo p̄genies cōputātes, in hm̄oi sexto gradu eā terminātes, dicunt deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialia iura cōtrahere: et ad hm̄oi prophanū errorē cōfirmandum, in argumentū assumunt seculares leges quas Justinian⁹ imperator p̄mulgauit de successionibus consanguineorū: quibus confisi ostendere moliuntur fratres in secūdo gradu esse numeratos: filios eorum in quarto: nepotes et neptes in sexto. sic seriem genealogie terminātes, numerationem sanctor̄ patrum et antiquā ecclesie cōputationē ad nos vsq; p̄ductam peruersa quadam calliditate disturbare nituntur.

Nos vero deo annuēte hanc questionē ducere curauim⁹ in sy̆nodo habita in Lateranen. consistorio, cōuocatis ad hoc opus epis ⁊ clericis atq; iudicibus diuersar̄. Puinciar̄. Deinq; diu ventilatis legib⁹ ⁊ sacris canonib⁹, distincte inuenim⁹ ob aliā atq; aliā causam, alterā legū fieri, alteraz canonū cōputationē. In legib⁹ siquidē ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hereditas vel successio ab vna ad alterā p̄sonā inter consanguineos deferat. in canonib⁹ vero ob hoc progenies computat, vt aperte monstret vsq; ad quotā gñationē a cōsāguineor̄ nuptijs sit abstinendū: ibi p̄scribit vt hereditas p̄pinquis modo legitimo p̄ferat: hic ꝯo vt rite ⁊ canonice iter fideles nuptie celebrent. In legib⁹ distincte non numerant gradus nisi vsq; ad septimum, in canonibus autē vsq; ad septimā distinguit gñationem. Hac ergo de cā q̄ hereditates nequeunt deferri nisi de vna ad alterā p̄sonā, idcirco curauit secularis imperator in singulis p̄sonis singulos perficere gradus. Ne ꝯo nuptie fine duab⁹ nō valēt fieri p̄sonis, iō sacri canones duas in vno gradu cōstituere p̄sonas. vtrāq; iſi cōputatione, si attente ac subtilr̄ p̄specta fuerit, idē sensisse, et eādē in eis sniam esse, atq; ad eundē terminū cōuenire manifestissimū erit. Justinianus nāq; vsq; ad quē gradū cōsanguinitas ipsa p̄duret, in suis legibus nō definiuit: canones vero vltra. vij. nullā numerāt gñationē. sexto q̄ppe gradu determiato, in ipsis legib⁹ subintulit imperator: Hacten⁹ ostendisse sufficiat quēadmodū gradus cognationis nūerent. nāq; ex his palā est intelligere quēadmodū vlteriores gradus nūerare debeam⁹: gñata q̄ppe p̄sona gradū adijcit. Ecce in his ꝯbus apte ostenditur tales gradus quales isti cōputant, nō tm̄ vsq; ad sextū, verūetiā vltra numerari debere: q̄ppe cuz vltra sextū vlteriores gradus numerandos esse decernant. vbi cm̄ vlteriores noiat gradus, apte indicat nō sex tantūmodo esse gradus, sed sex finitis adhuc alios numerandos: nec mirū, cum in p̄cedētibus ipse firmauerit imperator decimum etiam gradum: quod dicēdo, nō esse tantūmodo sex luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent et aciem mentis si possunt, intendant: quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero vbi sm̄ leges inter agnatos vel cognatos defertur successio, consanguineos esse non dubium est. neq; enim sibi succederent nisi inter se (teste Justiniano) in decimo gradu sibi attinerent. Consanguinei igit̄ sibi sunt, qui sic sibi succedunt. Si in decimo gradu cōsanguinei sibi existunt, non est terminara cōsanguinitas (vt isti fatent̄) in sexto tantūmodo gradu. Quid igit̄ dicerent: Cōputatis

nāq; gradibus sicut isti numerant: aut finiē cōsanguinitas in sexto gradu, aut nō. Si autē finiē fallaces erūt leges quibus isti vtunē, que in decimo gradu sibi succedere cōsanguineos iubent. Dz si non finiē cōsanguinitas in hmōi sexto gradu, falsidici erunt isti qui vltra illū sextū gradum nolūt computare cōsanguinitatem. Igiē aut leges erūt false, aut isti qui sic finiunt generationē. Sed vt veridice leges, z veraces sint canones dicamus id quod veritas habet: scz q; nō terminatur cōsanguinitas in hmōi sexto gradu, sed terminatur in septimo gradu scdm canones. vtraq; eīm computatio (sicut superius diximus) vno fine concludiē. Nāq; duo gradus legales vnū canonicū constituunt. Fratres itaq; qui scdm seculares leges dicuntur in secūdo gradu, iuxta canones numerātur in primo gradu. filij fratrum qui illic numerant in quarto, hic computant in secundo. nepotes vero qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio. sic deinceps qui legibus inscribunt in octauo et decimo, in canonibus definiūtur in quarto z quinto: atq; hoc modo de reliquis sentiendum est, vt qui scdm canones dicuntur in sexto vel septimo, scdm leges accipiuntur in duodecimo vel decimoquarto. Hanc cōputationem intelligens prudētissimus papa Gregorius dum quereretur in quota gnatione fideles coniungi debeant, ipsas seculares leges in testimoniū adducens, Augustino Anglorū epo sic rescripsit. Quedam terrena lex in Romana republica permittit vt siue fratris et sororis, seu duoz fratrum germanoz, vel duarū sororū filius z filia misceant: sed experimēto didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est vt iam in tertia vel in quarta gnatione copulatio fidelium licēter sibi cōiungi debeat. Nam a secūda (quam predirimus) omnimodo debēt abstinere. Ecce hic apte monstrat filios et filias fratrū in secūda gnatiōe numerari. z si fratrū filij z filie numerant in secūda, fieri non potest vt ipsi fratres nō sint in prima: q; si fratres numerant in prima, filij eorū in secūda, dubiū nō est quin eoz nepotes sint in tertia: pronepotes in quarta: et sic de reliquis vsq; ad septimam. Sed sunt quidaq; qui ex his Gregorij vbis quibus ait vt in tertia vel quarta gnatione computētur fideles: occasionē accipiūt illicita matrimonia cōtrahēdi, dicētes se hoc iuste facere posse, q; tam prudentissimus doctor sua snīa definiuit. Isti itaq; qui se hoc velamine defendere nituntē, aduertāt in eiusdē pīs sentētijs non gnaliter cūctis, sed spāliter Anglorum gēti mādasse. nam postmodū a Felice Messane Sicilie presule requisitus an hoc quod Augustino mādauerat, gnaliter cūcte ecclie tenēdū esset, aptissime monstrauit nō alijs q; illi gēti mādasse, ne bonū quod ceperant, metuēdo austeriora, desererēt: sed illis postq; in fide essent firma radice solidati, et vniuersali ecclie censuit semp esse tenēdū, vt nullam de ppria cōsanguinitate vel affinitate infra septimam gnationē aliquis sibi audeat in cōiugio copulare. Ecce apte mōstratū est ex vbis ipsius legis, et authoritate prudentissimi pape Gregorij quid de gradib⁹ cōsanguinitatis numerādis sentire debeamus: q; uis alia quoq; ratio modo pari ipsos reuincat aduersarios. Nā si (vt ipsi fatentur) in illo sexto gradu cōsanguinitas finitur, oēs personaz ramusculos qui vltra illū gradū in pictura arboris cōtinentur, velut supfluos oportet detruncari. sed q; oēs qui in pictura predicte arboris cōtinent, ex vna parētela cōsistūt, nunq; sine diminutiōe cōsanguinitatis a se poterūt separari, veluti nō sine damno cuiusq; pſone valēt a ppio corpore man⁹, brachia, z pedes trūcari. Illa quoq; sacroū preceptio canonum q; iubet a ppria abstinere consanguinitate q; diu gnatio recolit, aut memoria retinetur: nec a predicta parētele discrepat cōputatione. nā si in septē gradibus canonice z vsualiter numeretur, vltra quos nec cōsanguinitas suenit: nec nota graduū reperiunt, nec successio pōt amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo gnatio recolari. Ne vo in hac cōsanguinitatis computatiōe aliqua debinc ambiguitas valeat remanere, alia quā quidā faciunt numerationē, in hac etiā alia disputatione dirim⁹ discutiēdā. Sunt eīm quidā qui nō a fratribus, sed a filijs eoz. t. a patruelibus vel cōsobrinis genealogiā numerare incipiūt: dicētes filios fratrū in prima gnatione cōputari debere: q; fratres quasi quidam trūcus ex quo ceteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduū pputatio si bene itellecta fuerit, ab ea quā superi⁹ exposuimus, in snīa poterit esse diuersa. Isti eīm q; initiū numerādi sumūt a filijs fratrū, nō pgrediuntur vltra sextā gnationē, sed sicut toti⁹ mundi seretates existūt, z hūane vite itidē sex: ita z in ysanguinitate sex trīm⁹ autumāt cōputādas esse generationes: quib⁹ finitis, noue cōiūctionis dicūt posse fieri initiū: vt q; si fugiētē possint revocare cōsanguinitatē. Hec itaq; cōputatio que incipit a fratrū filijs, z numerat vsq; ad. vj. tātū dē valet quātū ea q; incipit a fratrib⁹, z cōputatur vsq; ad vij. nec vlla in sensu ꝓsistit diuersitas: q; uis in numero graduū varietas videat. vltima eīm gnatio si a fratrib⁹ sumat initiū numerādi, septima innotitur: si a filijs fratruz, reperiē sexta. Taliter igiē determinatis q; dib⁹ ꝓsanguinitatis aplica aucte

? C3c. Alex. 5 ym. oim l. si aute frater. i fi. C. 5 succes-sio. edi.

admonem⁹ vos fratres ⁊ filijvt oĩb⁹ sic serlē genealogie ꝓpūtādā esse intimet⁹, quēadmodū sancti patres numerādā esse sanxerūt, ⁊ antiqu⁹ mos sancte vniuersalis ecclie p lōga tēpora olim cōputasse monstrat: nā si qs peruersa ⁊ obstinata mēte a recto tramite apostolice sedis deuiare voluerit, ⁊ aliter qꝫ nos in nuptijs celebrādis grad⁹ parētele numerare ꝓsēserit: primū p sua temeritate celesti pena plectet: postmodū ꝙ gladio perpetui anathe mat⁹ nouerit se trucidandū.

Item Gregorius papa.

¶ Quare consanguinitas vroris ad virū ptinere dicat: ⁊ quomodo affinitas sit cōputāda.

Quoro de affinitate. ¶ Causa. Assignat hic ratio quare affinitas obseruetur, qr vir ⁊ vxor sunt vna caro: ⁊ ideo vxoris mee consanguinei in eodē gradu sunt affines mihi, ⁊ meorum consanguineorū vxores sunt mihi affines, ⁊ affines vxoris mee sunt vitandi in omni gradu, vt mei consanguinei. Qui aliud dicit, tanqꝫ antichristus est vitandus.

Quoro de affinitate quā dicit⁹, parētelā esse q̄ ad virum ex parte vxoris, seu q̄ ex parte viri ad vxorē ptinet: manifestissima rō est, qr si sm diuinā sentētiā ego ⁊ vxor mea sumus vna caro, ꝓfecto mihi ⁊ illi mea suaqꝫ parentela ꝓpinqtas vna efficit, quocirca ego et sororis vxoris mee i vno ⁊ primo gradu erim⁹: fili⁹ ꝙ ei⁹ in scō gradu erit a me, nept⁹ ꝙ tertio: idqꝫ vtrinqꝫ in ceteros agēdū est successionib⁹. Vxorē ꝙ ꝓpinq cuiuscūqꝫ grad⁹ sit ita me oportet attēdere, quēadmodū ipsi⁹ q̄qꝫ grad⁹ aliq̄ femina ꝓprie ꝓpinqtat⁹ sit: qō nimirum vroris de ꝓpinqtate viri sui in cūctis cognationis gradib⁹ ꝙuenit obseruari: q̄ ꝙ alioꝝsum sentiūt, antichristi sunt, a qb⁹ tāto fortiꝝ vos opꝫ cauere, quāto apertiꝝ deprehēditꝫ illos diuinis legibus oppugnare. Item zacharias papa.

¶ Qualiter parentele grad⁹ computantur.

Arētele grad⁹ taliter computamus, siquidem ego ⁊ frater me⁹ vna generatio sum⁹: primumqꝫ gradū efficim⁹, nullo gradu distam⁹. Rursus fili⁹ me⁹, fratriscꝫ mei fili⁹, scōa generatio sunt: ac gradū secūdū faciunt, nec a se aliquo gradu separantur, atqꝫ ad hūc modū cetere successiones sunt habende: porro de affinitate quā dicitis parentelam, vt supra. c. B.

Item Alexander papa. ij.

¶ Equiuocatio est cum soror vroris cognata vocatur.

Quod autē frater sororve vroris tue cognati tui dicunt, equiuocationis iure fit, ⁊ necessitate vulgar⁹ appellationis potiꝫqꝫ vlla causa cognationis: vxor em̄ fratris fratrissa potius qꝫ cognata vocat⁹: mariti frater leuir dicit⁹: duorum autē fratrū vxores vocant ianitrices: † quasi eādem ianuā tenētes, vel p eandē ianuā intrātes. Vir soror glos appellat. Sororis autē vir nō hꝫ speciale nomen, nec vxoris frater.

† Vide in hunc locū Bicarum lib. distinc. ij. ca. xxij. matertres em̄ grece dicuntur duorumꝫ fratrum vxores nō ianitrices.

Item Isidorus.

¶ Nomina graduū superiorꝫ, siue inferiorꝫ, siue ex latere venientium.

Primo gradu supiori linea cōtinet pater ⁊ mater, inferiori filius et filia, qb⁹ nulle alie persone iunguntur.

¶ Primo gradu. ¶ Cau⁹. In hoc cap. prosequitur Isidor⁹ legalē graduum cōputationē vsqꝫ ad septimum gradū, ostendens in quo gradu sunt ꝓsone.

Scō gradu cōtinet superiori linea au⁹ auia, inferiori nepos neptis, in trāsuersa frater et soror, que ꝓsone duplicant: auus enim et auia tam ex patre qꝫ ex matre accipiuntur: que persone sequentibus quoqꝫ gradib⁹ similiter ꝓ substantia eorum in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicant: iste ꝓsone in secundo gradu ideo duplices appellant, quia duo aut sunt, ⁊ paternus ⁊ maternus. Itē duo genera nepotū sunt, siue ex filio siue ex filia ꝓcreati. Frater ⁊ soror ex transuersoveniunt, id est aut frater patris, aut frater matris: qui aut patruus aut auūcul⁹ nominat⁹, q̄ et ipsi hoc ordine duplicantur.

Tertio gradu veniūt supra proauus proauia, ⁊ infra pronepos, pneptis. Ex obliquo quoqꝫ fratris sororisqꝫ filius vel filia, patruus, amita, id est patris frater ⁊ soror: auūculus, matertera, id est frater matris ⁊ soror.

Quarto gradu proueniunt supra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris sororisqꝫ nepos et neptis: patruelis frater, soror: patruelis id est patrui filius et filia. Consobrinus consobrina, id est auunculi ⁊ materterе filius ⁊ filia. Amitinus, amitina, id est amite filius ⁊ filia. Item consobrini qui ex duabus sororibus nascunt, quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est aui paterni frater ⁊ soror: auūcul⁹ magn⁹, matertera magna, id est auie tam paterne qꝫ materne frater ⁊ soror.

Quinto gradu veniunt supra quidem adauus, adauia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris et sororis, pronepos proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitine, consobrini consobrine, filius vel filia: propior consobrinus, propior consobrina, id est patrui magni, auūculi magni, matertere magne: amite magne filius vel filia, quibus accrescunt propatruus et proamita.

Hi sunt proaui paterni frater ⁊ soror: proauūculus scz ⁊ promatertera. Hi sunt proauie paterne

materneq; frater ⁊ soror: pauiq; magni materni hec species, nec alijs gradibus q̃ scripta est, nec alijs vocabulis declarari potest. Sexto gradu veniunt supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex obliquo fratris ⁊ sororis, abnepos abneptis fratris patruelis, ⁊ sororis patruelis amitini amitine, consobrini cõsobrine: patrui magni, amite magne, auũculi magni, matertere magne, nepos neptis: ꝓpioris cõsobrini filiꝰ vel filia, abpatruꝰ, abamita. Hi sunt abaui paterni frater et soror auunculꝰ abmatertera. Hi sunt abauie paterne, materneq; frater ⁊ soror, abauiq; materni. Hi quoq; explanari amplius nõ possunt, q̃ ipse author disseruit. Septimo gradu q̃ sibi sunt cognati recta linea supra infraq; ꝓprijs nominibus nõ appellant: sz ex trãsuersa linea ꝯtinent fratris sororis atnepos, atneptis consobrini filij filieq;.

¶ Successionis idcirco gradꝰ sex cõstituti sunt, quia vlteriꝰ per rerũ naturã, nec nomẽ inueniri, nec vltra successio potest ꝓpagari. In his em̃ sex gradibꝰ omniũ ꝓpinq̃tatũ oĩa noĩa continent vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio consanguinitatis potest ampliꝰ prorogari. De gradibꝰ ꝯsanguinitatis vel affinitatis quot sint, quomodo cõputãdi, q̃bꝰ etiã appellent nominibꝰ, authoritate Isidori atq; Gregorij ⁊ Alexãdri sufficienter monstratum est.

Idẽ Ale. in Li ius vocari co. iij. ff. de in ius vo. ⁊ plene ꝑ Inn. i. l. si vo §. d̃ viro. ff. so. ma. et gl. i §. peñ. insti. d̃ gradi.

¶ Cõsanguinitas per tres regulas declarat.

¶ Prima regula magistralis ꝑ linea recta. Ascẽdentium ⁊ descendentium quot sunt persone de quibꝰ queritur: cõputat, intermedijs, vna dẽpta tot sunt gradꝰ inter eas. Si igit vis scire quãtum distat abauus a petrucio (petruciũ esse fingimus in cellula vacua) vtroq; computato ⁊ intermedijs quinq; sunt persone: deme vnã quatuor sunt gradus, ⁊ sic de alijs.

¶ Pro linea collaterali due sunt regule.

¶ Collateralium in linea equali quoto gradu q̃s distat a communi stipite, toto distant inter se vel sibi attinẽt. Exemplum pone cum facis abauum stipitem inter P. ⁊ pronepotem propatrui. Nam illi sunt in linea equali, q̃libet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inequali quoto gradu remotior distat a cõmuni stipite, toto distant inter se. Exẽplũ pone faciẽdo abauũ stipitẽ. P. ⁊ filius ꝓpatrui sunt in linea inequali. Cõputemꝰ ergo a remotiori scz a P. sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio ꝓpatrui quarto: semper intellige ꝑm canones.

¶ Pro arbore cõsanguinitatis ꝑm cõputationẽ eiusdem dantur tales regule.

¶ Prima in linea recta. Ascendentium ⁊ descendentium quot sunt persone de quibus queritur cõputatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶ Collateraliũ in linea equali quoto gradu q̃s distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se vel sibi attinent. Nam ꝑm leges quelibet persona gradũ facit in collateralibus: computatio enim legistarum ob aliud fit, q̃ computatio decretistarum.

¶ Collateralium in linea inequali quot sunt persone stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Joannis Andree declarationem.

¶ Figura sequens arborea licet ad septimũ deberet gradum protendi, cum vsq; ad eum ꝑm decreta sit prohibitio coniugalis. s. quest. iij. c. de affinitate. ⁊ extra de clan. despon. cap. cum inhibitio. Tamen quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata. vt dicto ca. cum inhibitio. ⁊ de consanguinitate ⁊ affinitate. cap. non debet. Ideo vsq; ad quartum duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec idipsum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationẽ agnouerit, illam etiam vsq; in gradum centesimum et eo amplius si opꝰ sit, deducere poterit.

¶ Quam aptissime hic imprimatur tum consanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce cause trigesimequinte canones, ⁊ legit ⁊ intelligit.

¶ Arboris cõsanguinitatis metrica commendatio.

Orbibus arboreã plenis attende figurã.
Et gemini iuris vtile dogma scies.
Obicis ignaros sponsalis credere fas est.
Arboris auricome quos latuere gradus.
Multa dies, variusq; labos huiusce parauit.
Artis notitiam, que modo clara patet.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra
Leua dat vxores, dat tibi dextra mares.

¶ Cōsanguinitas est attinentia personarū ex eo pueniēs q̄ vna descendit ab altera, vel ambe ab eadem. vel est vinculum personarum ab eodē stipite descendentiū carnali propagatione cōtractū. Et dicit a con, quod est simꝫ vel vnā et sanguine: quasi sanguinis vnitas.

¶ Linea est collectio personarū ab eodem stipite descendētium, gradus cōtinēs ⁊ numeros distinguens.

¶ Linea ē triplex scz graduū descendentiū, ascēdētiū, et collateralium.

¶ Gradꝰ est habitudo distantiū psonarum qua cognoscitur quota agnationis distātia, due persone iter se differunt. Et dicūtur gradus ad similitudinem graduz scalaruz vel locoꝝ proclituū: quia ita gradimur de primo in primum.



CIrca lecturaz arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Joānes de deo hyspanus post illos lectore ipsius arboris nouū modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed ꝓpter multitudinem regularum et versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Joannes andree inter decretorum doctores minimus et indignus inuentionem arboris ex eo fuisse: vt habentibus materiam consanguinitatis et affinitatis ignotam nota: et habētibus notam ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorū scripta renolui: et (prout expedire credidi) cōpilaui. Primo quereus ad vtrāq; arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundo an sit autētica. Tertio ad quid in volumine decretalium reperita: que olim fuerat in decretis. Prime questionis ex superius dictis patet solutio: probatio enim ad oculum alias vincit. insti. de gradi. Oculis multa subiciuntur. ℌ. agnationis. xxvij. q. j. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quedam melius percipiuntur ℌ elocutione. ex de bona. apostolice. ver. si. hinc est ꝙ agrotū mensio subijcitur oculis. xxj. qō. ij. inter. de ꝓscrip. quia iudicante. C. finium regū. l. ij. Ventris inspectio: an mulier sit pregnans. ff. de ven. inspi. l. j. in princ. Locorum pudicitie inuestigatio: an mulier sit virgo. de proba. proposuisti. an arcta. de frig. et malef. fraternitatis. vel aliter impedita. eo. ti. ex literis. Iniurie an sit atrox estimatio. ff. de fer. l. ij. Et itere papales an sint vere vel false. de cri. fal. licet. Ad secundū die ꝙ arbor autentica est qō patet ex canonibus Jsidori et Alexandri. xxxv. q. v. c. j. ij. et vlt. Ad tertium dic ꝙ qz in decretis de cōsanguinitate et affinitate tractat: vtile fuit ibi arborem ponere: et qz in decretalibus est idem tractatus: et in hoc volumine vtile fuit repeti et ex eo maxime quia nemini venit in dubiū: id satis esse valiturum satisq; famosum: qō repetita lectio. ꝑbat. C. de emen. iust. co. l. vna. Item ex eo qz antiqui canones circa materiā illam multū fuerūt correcti. vnde expediēs fuit fim statum nouoz iuriū antiquā arborem deidere.

HInde ad arborē cōsanguinitatis specialiter descendamus. Et primo querit qd sit cōsanguinitas et vnde dicat: qd linea: qd gradus. Scdo querit qūo arbor formet: et quare sic formet et ꝛre sic punctet. et interserim⁹ regulas per quas cognoscunt grad⁹. Demū ponem⁹ quedā notanda, et quasdam qōnes. ¶ Ad primū dico ꝙ cōsanguinitas est attinētia personarū ex eo prouenies, qz vna descendit ab altera: vel ambe ab eadē. Uel est vinculum personarū ab eodē stipite descendentiū carnali ꝓpagatione cōtractū: qō satis est idē. Dicit aūt cōsanguinitas quasi sanguinis vnitas. a con, et sanguine: qz de cōi sanguine descendūt. Et quo ad ꝓbationē cōiugij non distinguo an tales ꝙsanguinei sint ꝓducti ex vxorio coitu, vel ex fornicario. quod est expressum ex de proba. per tuas. Cōsanguinitatis definitio. Linee definitio: ꝛei⁹ tripli citas. ¶ Linea vero est collectio ꝙsonaz ab eodē stipite descendentiū gradus cōtinens, et numeros distinguens. Et est tripler linea: scz graduū descēdentiū, ascendentiū, et collateraliū: vt. j. patedit. ꝛ. ff. de grad. l. j. et. l. iuris cōsultus. Grad⁹ descriptio. ¶ Gradus est habitudo distantiū personaz qua cognoscit quota agnationis vel cognationis distantia due persone inter se differūt. Et dicūtur gradus ad similitudinē graduū scalarū, vel locoū procliuium: qz ita gradimur de primo in primū. ff. de gradi. l. iurisc⁹ulti⁹. ℌ. grad⁹.

Arboris ꝓfiguratio. ¶ Formaf aūt sic arbor. Primo vide cellulas ascendentiū, scdo descēdentiū, demū collateraliū. Ascende superius cellulā vacuam ꝙ remansit ideo vacua qz nō potuit nomen ꝓpriū habere: cū alie cellule (exceptis his ꝙ per genitiuū nominant) sumant nomen ab ipsa. Quo em posset aliquis illam cellulā notare quā dicimus filium patris: fratrem fratris, patrem filij, et sic de singulis: et eā alij vocant Joachim, alij ꝓtheum, alij truncum. Hoc aūt a nole dicebi nō vocemus eam Petrucij. Et scire debes ꝙ cōpetenter ille cellule medie ascendentiū et descendentium diuiderentur directe per mediū, vt a latere dextro illarum cellularum ponerentur noia marīt: vt abauus ꝓauus ꝛc. a latere sinistro noia mulierum, vt abauia ꝓauia ꝛc. quia positi a latere dextro descendunt a maribus, et econuerso. Supra cellulā vacuā est cellula hec continēs pater, mater: et supra vnum punctū rubeum: et infra vnū nigrum. Supra illā est cellula auus auia: continens duo puncta rubea: et duo nigra. Supra illam est cellula ꝓauus ꝓauia: habens tria puncta rubea: et tria nigra. Supra illam est cellula abauus abauia: habens quatuor rubea: et quatuor nigra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium filiam: et habet vnum punctū rubeū: et vnū nigrum. Sub illa habēs nepotem et neptem: et duo puncta rubea, et duo nigra. Sub illa ꝓnepotem et ꝓneptem: et tria pūcta rubea: et tria nigra. Sub illa abnepotem et abneptem: et quatuor puncta rubea, et quatuor nigra. ¶ Anteq; ad collaterales transeamus, scire debes ꝙ punctorum numeratio est numeratio graduū habito respectu ad cellulam vacuā: et pūcti rubei denotant cōputationē scōm ius canonicum: pūcti nigri scōm ius ciuile ꝛc. Ponitur autem computatio canonica in superioti parte cellularum, sim. illis vero in inferioti: vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: et maxime quo ad hunc casum quo instruimur in matrimoniis que licite contrahi possint necne, et cum matrimonium sit sacramentum ecclesie, in eo ꝑcipue lex minor est canone. eē de secund. nup. c. vlt. et penul. Uides aūt ex punctatione ꝓdicta ꝙ in cōputatione ascendentiū et descendentiū cōcordat vtraq; via: quia in eis semper persona addita persone per carnis propagationem gradum adūcit. ¶ Ad inueniendū aūt gradus inter eos scōm vtrūq; ius tolle hanc magistralem regulam. Ascendētiū et descēdentiū quot sunt ꝓsone de quibus queritur computatis intermediis vna demptaquot sunt gradus inter eas. Si igit vis scire ꝗtū distat abauus a Petrucio: vtroq; cōputato et intermediis, quinq; sunt gradus inter eos. Idem dico de ipso ꝓ. ad abnepotē: qz eo modo erit reperire ḋnq; personas: et sic quatuor sunt gradus. Si vis scire quot distet abauus. ꝓ. ab abnepote ꝓ. inuenies ibi nouē personas computato ꝓ. et sic octo erūt gradus. Scio aūt ꝙ iste ꝓ. nō habet totā suā cōputationē in arbore. Scio eēm ꝙ quilibet hz duos parētes: quatuor auos: octo ꝓauos: sedecim abauos: et sic semp ascēdētes duplicāntur. Unde impossibile fuisset tot ꝓsonas in arbore scribere. ¶ Quero an inter ascendētes et descēdētes ꝓhibito cōpule coniugalis excedat quartū gradū? Et dicit Jof. in sum. de cōsan. et affi. vtē ḋtū. ꝙ nō per decre. nō debet. eo. ti. ꝙ aliter loquit. Alij cōiter ꝛtradicētes iter ascendētes et descēdētes perpetuā esse, ꝓhibitionē dicūt. ꝙ de quarto gradu dicit, in collateralibus locum hz ad hoc xxxv. q. ij. ꝓgenie. et duobus ca. seq. in quibus dicit ꝙ olim nō solū vsq; ad scōm gradū. sed etiā inquantū notia erat parētele, extendebatur ꝓhibitio. Ex quo ergo certū est alterū descendētem et alterū ascendētem, perdurat ꝓhibitio ad idem. insti. de nup. ff. de rit. nup. l. nuptie. et hoc verum puto. ¶ Ad collaterales transeamus, et ad fratrem et sororem: et causa brevitatis prosequendo solum partem mediam arboris ad modum yexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per se

patrē: dicamus de fratre et descendentib⁹. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis, ex illa fratris ꝓnepos, ꝓneptis: ⁊ frater .P. est cū .P. in ꝑmo gradu ſm canones, in ſecundo ſm leges. Ex⁹ filius in ſecundo, ſm canones: in tertio, ſm leges. Nepos in tertio, ſm canones: in quarto, ſm leges. Frātris ꝓnepos est ipſi .P. in quarto ſm canones, in quinto ſm leges: et ſic debet eſſe vtraq; punctatio, ⁊ iſti ſunt collaterales ad .P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitem de auo, ex eo patruus amita, ex illa frater patruelis et amitinus, ſoror patruelis ⁊ amitina ex illa horum filius filia, ex illa horum nepos neptis. patruꝰ est .P. ſecūdo gradu, frater patruelis etiam ſecūdo gradu, filius in tertio, nepos in quarto ſm canones. Per leges autē patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: ⁊ ſic debet eſſe vtraq; punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem, ⁊ habet filios patruum magnum, amitam magnam: auum ⁊ auiā, auunculū magnum, ⁊ materteram magnam, illos non ꝓſequimur. Ex cellula patrui magni propiori ſobrinꝰ, ꝓpior ſobrina: ex illa horū filiꝰ filia, ex illa eorūdem nepos neptis. Et quia .P. diſtat a proauo quem nunc feci ſtipitē, tertio gradu: ergo a patruo tertio ⁊ a propiori ſobrino tertio, et a filio tertio, ⁊ a nepote qui exit lineā equalitatis, quarto ſm canones: ſm leges vero diſtat .P. a patruo magno quarto, a propiori ſobrino quinto, ⁊ a filio ſexto, a nepote ſeptimo, ⁊ ſic debet eſſe vtraq; punctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filijs, ſcilicet propatruo, et proauo, et proauunculo. De proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia: ex illa, horum nepos neptis: ex illa, eorundem ꝓnepos ꝓneptis. Iſti omnes ſunt cum .P. in quarto gradu, quia .P. diſtat a ſtipite in quarto gradu: et ex illa linea nullus exit lineam equalitatis, ergo omnes diſtant quarto. Secundū leges ꝓpatruus diſtat .v. filiꝰ .vj. nepos .vij. ꝓnepos. viij. ⁊ ſic debet eſſe vtraq; punctatio.

¶ Nunc videndū est qb⁹ regulis gradꝰ illoꝝ collateralium cognoſcant. Collateralium equalis linee vnam tra

Regla ꝙ collat: equal: do regulam ſm canones. ¶ Collateraliū in linea equali quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite toto diſtant inter ſe vel ſibi attinent, hoc ſm canones. Exemplum ponendo facis abauum ſtipitem inter .P. ⁊ ꝓnepotem propatrui: nā quia illi ſunt in linea equali quilibet diſtat a ſtipite quarto gradu, ergo inter ſe quarto. ¶ Secundum leges vero aliter eſt, ⁊ ſic dicimꝰ regulā. Collateralium in linea equali quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite, toto duplicato, diſtant inter ſe vel ſibi attinēt. Vnde ergo ex ſuperius dictis ⁊ ex punctatione, ꝙ predicti .P. ⁊ ꝓnepos propatrui diſtant octano. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſm leges quelibet perſona gradum facit in collateralibus. Unde duo fratres faciūt duos gradus, ſm canones vero due perſone faciunt vnum gradum: vnde vt patet in cellula fratris, frater est cum .P. in primo gradu ſm canones, in ſecundo ſm leges, ſed cōputatio ea ob aliud fit (ſi nostra .xxxv. q. v. ca. ij.) bene ergo dicitur ſm leges ꝙ in equali linea collateraliū, ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis, nō est reperire diſparem gradū: vide in linea paris numeri ſecunda vel quarta, diſparis numeri prima vel tertia. In prima duos gradus, in ſecunda quatuor, in tertia ſex, in quarta octo: qđ nō est ſm canones, qz in equali linea diſparis numeri habemus diſparē gradū: qz in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintū, ⁊ ſic de ſingulis. ¶ Nunc reſtat videre de collateralib⁹ in linea inequali, de quib⁹ tradit

Regla canoni: ca in linea inequali. talis regula ſm canones. ¶ Collateraliū in linea inequali quoto gradu remotus diſtat a cōmuni ſtipite toto diſtant inter ſe. Exēplū pone faciendo abauū ſtipitem .P. et filiꝰ ꝓpatrui ſunt in linea inequali. Coputem⁹ ergo a remotum. i. a .P. ſed .P. diſtat a ſtipite quarto gradu, ergo a filio ꝓpatrui. iiij. ⁊ idē in deſcēdēnib⁹ vſq; ad lineam equalitatis: ⁊ hoc est qđ dicimꝰ qđ perſona addita perſone vſq; ad lineā equalitatis non creſcit gradꝰ, qz propatruꝰ filius eiꝰ nepos ⁊ ꝓnepos omnes diſtāt quarto gradu a .P. ſed aliter ſm leges ſm quas talē regulā tradimus. ¶ Collateraliū in linea inequali quot ſunt perſo-

Regla ne ſtipite dēpto tot ſunt gradus: vnde .P. a ſtipite diſtat ciuilis i quarto, a ꝓpatruo ǫnto, a filio ſexto, a nepote ſeptimo, a linea in ꝓnepote. viij. ⁊ ſic quelibet ꝑſona facit gradū. Uides ex equali ſuptadicta qđ .P. nō poteſt ⁊trahere cū aliqua de arbore. Diſtat em a ſummo. i. abauo, ab imo. i. a nepote ab extremis collateraliū, ab oib⁹ his ǫrto a medijs citerioti: ꝙ qđ ſat; ꝑz ꝙ cū nullo pōt ⁊trahere. Sz ſi extrem⁹ in collateralib⁹ ⁊ virputa ſi ꝓnepos, ꝓpatrui, vel ꝓnepos fratr; ꝓcrearet filiā, poſſet .P. cū illis ⁊trahere. Licet autē contrahat in ǫnto gradu remanet rātū ꝙſanguinitas; ꝓhibitio em ꝙ per ius poſitiuū ꝓceſſerat, potuit tolli, ſz naturalia ſunt immutabilia. v. diſt. in ꝓn. Scire debeas ꝙ cōmuniter dicūt doctores ꝙ abau⁹, ⁊ patruus, ⁊ auus ſunt bigami, dicētes ꝙ ſi nō eſſent bigami, nō poſſent filij eorum cōiungi cū eſſent fratres: ſz de hoc non multū curo, qz eadē ratione ſic eſſet de alijs cellulis duplicib⁹, ꝙ ꝑſone earū eſſent bigami: vnde fingam⁹ perinde acſi in ǫlibet duplici cellula haberem⁹ ǫtuor perſonas acſi dicere ek ꝓpatruus ⁊ vxor, ꝓamita ⁊ marit⁹: vnde duplicatio poſita fuit vt nomina demonſtraret in vtroq; ſexu non vt eos ꝰiuges denotaret. Sciendū ꝙ in collateralib⁹ equalis linee bene ſequit iſta regla affirmādo ⁊ negādo. Ego et tu ſum⁹ ꝙſanguine in linea equali, ⁊ ego poſſum accipere filiā tuā, ergo tu meā. Et negatiue. Ego nō poſſum accipere filiā tuā, ergo nec tu meā. Affirmatiua ꝓcedit in linea equali quarti gradꝰ. Negatiua in tertio vel citeriori. Sz in linea inequali hoc nō ꝓcedit affirmādo vel negādo: qz ſi vn⁹ est in quarto, alter in tertio vel citeriori: q̄ est in tertio gradu vel citeriori pōt ⁊trahere cū filia eiꝰ q̄ est in quarto gradu, ⁊ nō econuerſo: vnde ꝓpatruus huius filiꝰ ⁊ nepos ⁊trahere poſſunt cū filia .P. ſed nō econuerſo. Demū querit an collaterales quoꝝ vn⁹ est in ǫnto, ⁊ alter in primo: puta filia .P. ⁊ ꝓpatruus poſſint adinuicē cōtrahere? dicit hoſtiē. ꝙ nō. ⁊ hoc no. cx. e. ꝙ dilecto. ⁊ ca. tua. ⁊ in ſumma huiꝰ titu. de cōſan. §. nunc̄ in quinto. ⁊ ꝑmo qđ per ſua argumēta mitſ, ꝓbare ſic. i. pater ⁊ filiꝰ vna perſona cēſent. C. de impu. ⁊ alijs ſub. l. vl. ſicut ergo nō ⁊trahit cū ſtipite, ſic nec cū filijs ſtipitis. bene facit predicta decre. tua. vbi fratres vident poni ꝙ ſtipite. Contrarium tenet Ber. qđ colligit ex glo. quā ponit. §. eo. titu. ca. vlt. ⁊ Ra. ⁊ Joā. de deo. ⁊ hoc est veriſſimum. qđ ꝓbāt verba regule poſite. §. eo. c. vlti. dum dicit ibi deſcendentium ab eodem, ſed certum est ꝙ propatruꝰ deſcēdat a ſtipite. Preterea aut dicis ꝙ est inter eos ꝓhibitio aſcendentium ⁊ deſcendentium aut collateralium: de primo patet negādo ꝙ certum est filium .P. nō deſcēdiſſe a ꝓpatruo. Est ergo ꝓhibito collateraliū: ſed certū est ꝙ iſti diſtāt quinto, qđ igit impediat iſtos collaterales ⁊trahere nō video. Joannes andree.

MDV iiij

¶ Affinitas ꝑm canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duoꝝ ad vnum finē vnitas, eo ꝙ due cognationes diuerse per nuptias ꝑm leges, vel per coitū ꝑm canones copulātur, ⁊ alter ad alteriꝰ cognationis finē accedit: vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶ Scias autem ꝙ affinitas est perpetuum impedimentum: quod durat etiam mortua persona qua mediante contrahitur. xxxv. questione. x. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri ⁊ mulieris inter consanguineos mulieris ⁊ virum: ⁊ inter consanguineos viri et mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus cuius est consanguinitas Si ergo cōsanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa: vide quoto gradu est tibi cōsanguineus tuus: ⁊ quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, et semper in primo genere. Dictum est in regula viri et mulieris ⁊ non viri ⁊ vxoris, quia secūdum canones etiam per coitum fornicarium ⁊ incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogno. consan. vxo. sue. ca. discretionē. ⁊ ca. penul.

¶ Inter consanguineos mulieris ⁊ virum, ⁊ consanguineos viri ⁊ mulierē: ideo dicit̄ quia inter virum ⁊ mulierem non contrahit̄ affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa.

¶ Item inter consanguineos viri ⁊ consanguineos mulieris nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahūt cum duabus sororibus: pater ⁊ filius cū matre ⁊ filia, sed est affinitas inter consanguineos mulieris ⁊ ipsum virū, ⁊ consanguineos viri ⁊ ipsam mulierem. de consanguinita. ⁊ affini. quod super his.

¶ Regula infallibilis et clarissima ad cognoscendam affinitatem.

¶ Quotienscūq; inter vnam personarum de q̄bus querit̄ ⁊ coniugem alteriꝰ non est vel nō fuit consanguinitas intra quartū gradum inclusiue nulla est ꝓhibitio: vt inter me ⁊ cōiugem nepotis mei non potest esse matrimoniū, q̄ nepos meꝰ est mihi cōsanguineꝰ intra quartū gradum.

¶ Aliud exemplum.

¶ Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eiꝰ aliam accepit: quo defuncto potero contrahere cum eius relicta, quia inter me et illam relictam nulla est nec fuit consanguinitas: et sic de alijs omnibus.

¶ Arboris affinitatis metrica commendatio.

Ramifera cunctos affines arbore nosces.
Carnale fedus copula tale dabit.
Illicitus, licitusve tibi coitus creat istos.
Nexus: vt nostri dogmata iuris habent.
Leges canonico ciuiles cedite iuri.
Huic vos peccati causa subesse facit.

Arbor affinitatis.

Sanguinis affines arbor presens referabit.
Huic vias faciles prima figura dabit.



Affinitatis definitio.

AD arborem affinitatis, et eius materiam transeamus. Et primo videndum est quid sit affinitas, & vnde dicatur, & quomodo ipsi genera insurgant, & gradus computent: deinde arborem formemus: ponem⁹ postea quedam notabilia, & quasdā questiones. ¶ Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu puericie omni carens parentela. hoc fm canones. sed fm leges est proximitas proueniens ex nuptijs: & requiritur fm leges q̄ legitime sint nuptie non interdicte, vt contrahatur affinitas ff. de gradi. l. non facile. §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finē vnitas, eo q̄ due cognationes diuerse per nuptias fm leges, vel per coitum fm canones copulant, & alter ad alterius cognationis finem accedit: vt in ea. l. §. affines. ¶ Sed q̄ per fornicarium coitū & incestuosum fm nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cogno. consan. vxo. sue. ca. discretionem. & e. ti. ca. pe. Sed considerato legis fuit circa hereditates & tutelas deferēdas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere. ff. de gradi. l. iurisconsultus. in prin. & ff. de testi. l. iij. & iiij. q iij §. item in criminali. ver. item lege iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis que insurgit ex copula. Et est videri fm hoc q̄ concurrere potest attinētia consanguinitatis & affinitatis: vt si quis cognoscat cōsanguineam suam, omnes consanguinei vtriusq̄ sunt vtriq̄ affines. Sciās autem q̄ affinitas est perpetuum impedimētum: quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. xxxv. q. v. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria que fit extra claustra pudoris. xxxv. quest. iij. extraordinaria. et adde quod ibi notatur. ¶ Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdū sine, & publica honestas interdum sine affinitate: vt si cognoscat vxorem vel sponsam, hic impedimentum est publice honestatis & affinitatis: cognosco non sponsam, hic affinitas sola est: si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesie cum consanguinea sua, et ecclesia dispensat q̄ possis contrahere cum illa: non obstante q̄ sit tibi affinis tali gradu, per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publice honestatis. Debes facere ergo expleri q̄ possis cum tali contrahere non obstante impedimēto publice honestatis, pto eo q̄ desponsasti consanguineam eius in quarto gradu: & non obstante q̄ est tibi affinis in quarto, pto eo q̄ dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitas per coitum nefarium fit.

Affinitatis genus per quā regulā cognoscit.

¶ Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita persone per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis cognoscit mulierem: illa est mihi secundo gradu affinitatis, et primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem. et quia B. plene tradidit extra de consanguinita. & affinita. cap. non debet. hic circa hoc non insisto. ergo si persona mihi consanguinea contungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis si attinens mihi primo genere affinitatis, carnali copula se alteri cōmisceat, illa attinet mihi secundo genere: si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est q̄ affinitas non habet hodie prohibitionem, nisi in primo genere: & in illo vsq̄ ad quartum gradum, licet affinitas non habet suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis, secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, fm regulas quas tradidi in proxima arbore: & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, et semper in primo genere.

¶ Nunc formemus arborem. In medio arboris sunt quatuor cellule: & in prima superiori ponit primus gradus, in secunda secūdus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo queritur quare ponant in medio fratris & sororis. Secundo, quare non exprimam attinentiam dicendo primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primū dic hoc fuisset detur intelligi q̄ affinitas oritur ex consanguinitate, & q̄ ab vtroq̄ sera virili & femineo affinitas contrahatur. Ad secundum dic attinentiam nō fuisse expressam, vt illa comparatio gradui ad cōsanguinitatem & affinitatem referatur, vnde soror et frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde a latere dextro directe linee ponitur alia linea quatuor cellulas continens: in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dextrum huius alia linea continēs alias quatuor cellulas: in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta, in secunda vxor filij fratris, in tertia vxor neptis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt alie quatuor cellule, quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis nepi, quarta sororis pronepotis. Ad dextrum harum sunt alie quatuor: prima vir sororis olim relictus, secunda vir filie sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir pronepotis sororis. Ponuntur etiam alie due cellule: vna a latere dextro continens relictus relicte fratris, a sinistris relicta relicti sororis que secundum omnes ponuntur ad decorem, et ad demonstrandum genera affinitatis que hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa que oritur in cellula sororis, et terminatur in cellula vxoris fratris in qua idem scribitur.

¶ Questio.

